

EPISTOLA ECCLESIASTARVM,

Quos in Belgio Remonſtrantes vocant,

Ad

EXTERARVM ECCLESIARVM REFORMATOS DOCTORES, PASTORES, THEOLOGOS:

Quâ

Sententiam ſuam de PRÆDESTINATIONE & annexis ei capitibus exponunt, & enati aliquot ab hinc annis ob hæc ipſa in Eccleſijs Belgicis, ac indies magis magiſque gliſcentis diſſidij fontes cauſaſque aperiunt,

Oppoſitæ Epiſtolæ Delegatorum Claſsis Walachrianæ ad eoſdem Doctores ſingulatim directæ.



LVGDVNI BATAVORVM,
Excudit Ioannes Patius, Iuratus & Ordinarius Academiæ Typographus, Anno 1617.

Ad Lectorem.



Pistolam hanc & tui simul & eorum juris facimus, ad quos ea potißimum instituta est, benevole Lector. Etenim infiniti laboris & plena tædii res nobis videbatur, in tanta clarißimorum virorum, quos Christianus habet orbis, copia, tot exemplarium descriptioni vacare. Itaque commodum visum fuit scriptionis laborem prœli facilitate redimere. Adhæc verebamur, ne damno nobis esset mora ac cunctatio longa; cum jam ante menses aliquot mißam esse ad exteros V V alachrorum epistolam rumor ad nos pertulißet. Quare ne, ante perceptam causæ nostræ defensionem, maximorum fortè virorum præiudicijs gravaremur, conceptam hanc ea, qua fieri potuit, celeritate responsionem, typis excudi iußimus. Denique cum res ipsa talis sit, vt Ecclesiæ ac reipublicæ Christianæ incolumitatem concernat, adeoque ab aliquot jam retro annis domi forisque innotuerint nostratium certamina ac disceptationum argumenta; minimè nos peccaturos arbitrabamur, si, quæ ad Theologos sigillatim directa est, in publicum simul prodiret Epistola. vt eadem opera & rei Theologicæ periti, & quotquot veritatis ac pacis Ecclesiasticæ cura propius tãgit, de Ecclesiarum nostrarum statu & contendentium inter se partium sententia ac instituto edocerentur. Epistolam quoque ipsam V Va-

lachrorum, hoc est, Pastorum eius inter Zelandicas insulæ, quam VValachriam vocant, integram & continuo contextu in fine subiecimus. Tuum erit singula responsionis nostræ membra, cum singulis Epistolæ partibus conferre. In responsione siquidem nostra contextus periodorum ex Epistola desumptos integros sæpè non adscripsimus, compendio studentes. Eos nunc inde depromere, præstitu facile erit. Vnum adhuc te nescire nolumus; scripta illa, quorum titulos hic illic, maximè verò paginis 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. in margine adnotavimus, maiori ex parte Belgico sermone conscripta editaque apud nos esse. Latinis tamen vocibus titulos reddidimus, partim, ne ignoti sermonis voces ad exterorum quamplurimos, Gallos præsertim ac Anglos, transmitterentur; partim, ne Romanæ orationis faciem barbaræ linguæ characteres dehonestarent. Tu muneris tui esse scito, tantisper judicium tuum de re tota suspendere, donec hanc apologiam ac fidei nostræ ingenuam confeßionem seriò ac in timore Domini expenderis. Nec minus segniter intereà precibus tuis nobiscũ apud Deum contende, vt Patriæ huius nostræ rectoribus, Ecclesiarum Doctoribus, exteris pariter ac domesticis, Christianis denique omnibus, ea inspiret consilia, quæ digna sint augusto Christianorum nomine, reipublicæ huic salutifera & ad consolidandum Ecclesiarum nostrarum vulnus idonea.

Pax

Pax & ſalus in Domino noſtro Jeſu Chriſto.



IR clariſſime, quiſquis es, ſive te Germania, ſive Gallia, ſive Anglia, aut alia quævis Chriſtiani orbis regio SS. Theologiæ Doctorem, & idoneum controverſiarum noſtrarũ judicem agnoſcat; circumfertur noſtratium manibus EPISTOLA Delegatorum claſſis Walachrianæ, ad te aut miſſa, aut propediem mittenda, in qua ijdem Delegati poſt tragicam de Eccleſiarum hiſce in locis ſtatu miſerrimo præfationem; poſt quęſtionum, quæ inter nos adverſarijs ſcriptis ventilantur, curioſam commemorationem, poſt intentata nobis per ſuſpicionem, aliquot peſſimarum opinionum crimina, judicium tuum ſuper toto hoc, quod apud nos agitur, negocio ſollicite ſciſcitantur, & quæ tua de veritate iſtorum Articulorum, quæ de eorundem neceſſitate, quæ de ferendis iſtorum dogmatum aſſertoribus, denique de commoda hoſce Eccleſiæ motus componendi ratione ſit ſententia, ſcire avent. Nos, qui clariſſimorum Theologorum in hoc argumento judiciis non parum tribui debere putamus, præcipue eorum, quos vitæ ſanctitas, religionis Chriſtianæ flagrans amor, judicii rectitudo & rerum Theologicarum ſcientia ſingularis, ab omni malevolentiæ ſuſpicione & partium ſtudio abunde vindicant, non leviter cauſæ noſtræ nobiſque gratulati ſumus, quod præteritis iis, à quorum ſive rigore nimio, ſive imprudentia, ſive pejus quiddam de nobis ſuſpicanti animo veniam hactenus impetrare non potuit noſtra humilitas, ad eorum fores aditus nobis ſternatur, quos æquiores ſententię noſtræ judices futuros meritò ſperamus. Nec minus eorum operam ac piam ſollicitudinẽ exoſculamur, qui rebus Eccleſiarũ noſtrarum inuſitato more fluctuantibus, ſalutaribus conſiliis ſuccurrere conantur, & ne vehementior animorum colliſio, & gliſcens indies magis magiſque diſputationum fervor, Eccleſiam tan-

Summa Epiſtolæ VValachrorum.

dem & florentiſſimam totius Europæ Rempubl. funeſtiſſimis malis involvat, ſtudioſe ac anxie cavent. Quin ut quamplurimi huc curas ſuas & conſilia ſerio conferant, & intempeſtivi ſui ſilentii, quo hactenus uſi ſunt, finem aliquando faciant, ſummis votis contendimus, magis propemodum de errorum noſtrorum correctione, ſi ii ex Scripturis demonſtrari poſſint, gaviſuri, quam de innocentiæ ac veritatis victoria. Verum cum ad res ſacras eam animi pietatem afferri neceſſe ſit, quam cœleſtis doctrinæ genius poſtulat, cum candorem ac fidem, quæ Euangelicæ ſimplicitati ſit conveniens, eam manſuetudinē ac lenitatem, quam Spiritus ſui filijs commendatiſſimam voluit humani generis Servator, eam denique prudentiam, quæ virtutum Theologicarum ac imprimis in religionem zeli circumſpecta ſit moderatrix; maxime hæc tunc ſectari oportet, cum commiſſis inter ſe Eccleſiæ proceribus, & turbato publicæ tranquillitatis ſtatu, quibuſdam etiam ſchiſma & ſeceſſionem molientibus, vel de ſarcienda denuo dextris remediis concordiā, vel removendis à Chriſtianorum conſortio hæreticorum hominum cœtibus laboratur. Præcipue vero oportet eos, qui tali rerum facie ſequeſtros ſe diſſidentibus, aut oppreſſæ veritati patronos præſtare volunt, hoc ante omnia agere & meditari, ut dogmatum, quæ in diſceptationem veniunt, naturam penitus perſpexerint, rationum vtrimque momenta expenderint, perſonarum contendentium, quoad fieri poteſt, indolem, conſilia ac molitiones probe didicerint, diſſidentis adhæc populi ſtudia, & Magiſtratuum, ſine quorum arbitratu hæc vtiliter tranſigi non poſſunt, judicia ſuper omni re fideliter hauſerint: ne horum forte ignorantiâ vel præjudicium veritati, vel innocentium cauſæ invidia, vel recte ſentientibus calamitas aliqua oppreſſioque creetur, adeoque Eccleſiæ totius malum exaſperetur verius, quam mitigetur. Deinde ſedulo cavendum ipſis, ne præpoſtero hujus vel illius partis amore abrepti, aut rationum humanarum conſideratione adducti, judicium omne veritatis ac pacis iniquiſſimis modis pervertant, & quæ ad horum juſtam defenſionem, aliorum vero accuſationem faciunt, conſulto prætereuntes, in malæ fidei & manifeſtæ prævaricationis culpam ſeipſos vocent. Denique ea religione, ęquitate ac conſcientia negocium hoc aggrediantur, vt, quibus minime favent, poſſint abſolvere, quos vnice amant condemnare, & ſemper non quæ malint ipſi, ſed quod veritatis cauſa, piorum ædificatio, Dei honos facere cogit, hoc cogitare.

Cum de ſarcienda concordia laboratur, quæ neceſſaria.

Iis imprimis qui ſe ſequeſtros præſtare diſſidentibus volunt.

Eq'

Equidem, (ut ad hypothesin redeat nostra Epistola) visum fuit classis Walachrianæ Pastoribus, fratribus nostris in Iesu Christo dilectis, ex bono vtilique Ecclesiæ futurum, si hoc officii, de Controversiarum nostrarum statu sedulo dispiciendi, darent Delegatis suis, eosque, re in attentiorem deliberationem vocata, exterarum Ecclesiarum Doctores internunciis litteris adire juberent, & suffragia eorum virorum intelligere, quos non minus eruditione iudicioque, quam vitæ sinceritate spectatissimos agnoscit præsens, & agnoscet subsecutura Christianorum Ecclesia. Quod quidem fratrum nostrorum institutum pium, ac optimis innixum rationibus, tantum abest ut indigne feramus, ut potius hoc nomine maximas ipsis nos debere gratias ingenue fateamur; quod conporum (uti nos quidem arbitramur) Ecclesiarum miserti, & miseram labefactatæ inter nos concordiæ, prostitutæ religionis, & violatæ disciplinæ Ecclesiasticæ vicem dolentes, de ijs, quæ vel tollendo vel leniendo malo facere queant, in timore Domini deliberare occœperint, & memores istius Apostolici: *Alii aliorum onera portate*, nostris quoque oneribus ferendis humeros suos commodare non fuerint gravati.

Institutum VValachrianorum Fratrum Remonstrantibus probatur.

Verum cum eam nobis consilij sui rationem inivisse videantur, ut à veritate non parum, à pacis studiis non minus deflexerint, quorum alterum ignorantiæ, alterum zelo immoderatiori lubentes adscribimus: adhæc Contra-Remōstrantibus (quorum se numero accensent) impensius patrocinando, Remonstrantibus (inter quos nomina nostra profitemur) dicam passim scribant, non parum animos nostros cruciat, quod, vti hactenus domesticis, nunc etiam vicinorum remediis diffidere, deque felici horum eventu pene desperare cogamur. Etenim, quid aliud ista ad R. R. directa Epistola contendunt, nisi vt nos toti doctrinæ Christianæ, receptæ hactenus in Belgio fidei, & nostrorum etiam sanguine fundatis Ecclesiis apertum velut bellum indixisse, exteris Theologis, nec eorum, quæ hic aguntur, spectatoribus, persuadeant: à nobis luctuosissimi hujus dissidij accensam esse facem, & pertinacibus vsque studiis ventilari: emersam ex diuturni belli æstu & Hispanorum tyrannide patriam etiam hæc non minus periculosa certamina & conversas in sua viscera dexteras nobis debere, quæque religionis reformatæ ac veræ pietatis cursum retardant à nostris esse objecta scandala, quo derivata in nos tota hac malorum Iliade, condemnationis de nostro capite sententiam reportent,

Licet non agendi ratio.

Quid omnino sua Epistola contendant.

portent, & faciundi ſchiſmatis rationes ab exterarum Eccleſiarum ſuffragio & tua etiam vir reverende authoritate aucupentur. Accedit quod nec ea ſimplicitate, qua Theologos decuit, nec ea cognitione, qua ad hanc rem opus fuit, in hoc argumento verſati ſint, dum Controverſiarum ſtatum formando hallucinati ſint non ſemel, ſive id quod res eſt tacendo, & id quod res non eſt affirmando, ſive diſſidentium à nobis Fratrum ſententiam molliuſcule, noſtram vero odioſius quam par eſt enunciando, ſive in iis, quæ ad facti hiſtoriam ſpectant, ſi non mala fide, ſaltem illaudabili quadam ignorantia (neque enim mitius vocabulum occurrit) verſando, ſubinde quoque ea noſtrorum dicta in ἑτέροι ſenſum detorquendô, quæ ſi æquus acceſſerit animus, ne calumniæ quidem oportuna videbuntur. Præterquam, quod charitati Chriſtianæ obliti, quæ οὐ λογίζεται τὸ κακὸν, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, καὶ οὐ περπερεύεται, ea nobis impingant dogmata, quæ religionis noſtræ ἀκρωτήρια, vel nobis teſtibus, convellunt, & Catholico totius Antiquitatis conſenſu damnata ſunt, idque adducti rationibus ne ad ſpeciem quidem veris, nedum, vti fieri debebat invictis & extra aleam poſitis. Neque diſſimulandum illud, quod nuſquam in tota ſua Epiſtola vel amica Fratrum appellatione, vel Chriſtianorum titulo nos dignentur, quorum altero tamen tranſlatos in aliud Euangelium Galatas affatur manſuetudinis docto Paulus, altero eos omnes inſignivit priſca Eccleſia, quos ſola in Ieſum crucifixum fides & vitæ ſanctimonia ab incredula Iudæorum, & profana Gentilium natione ſegregabat; vtroque myſticam membrorum Chriſti inter ſe & cum capite ſuo vnionem, veluti datâ orbi teſſera & ſacramento jam tum profitebatur. Si quid ſumus, *Remonſtrantes* ſumus, *Adverſarij* ſumus, *pars adverſa* ſumus, *illi, qui plurima dogmata à reformatarum Eccleſiarum Confeſſione abeuntia intus alimus, vtcunque illi adhærere nos ſimulemus*, vt alia taceamus, quæ (ſi mens non læva) obliquis in nos ictibus vibrantur. Certe ſi vnquam, nunc quoque non parum nos fefellit opinio noſtra, qui hactenus nihil niſi quod moderatum, circumſpectum ac providum foret, ad tranquillandam hanc tempeſtatem idoneum, aut leniendum Eccleſiæ vulnus conducibile, à vicinis, præcipue Zelandis profecturum credidimus, quos etiam diligentius rerum noſtrarum ſatagere, & de ſalutati quodam remedio cogitare jam dudum fando acceperamus. Qua ſpe erecti multo quam ante ſtudioſius, mutuam cum diſſentientibus à nobis

Qua ſynceritate, qua cognitione & charitate in ea ſint verſati.

Deteriorem

Non cogitat malũ, omnia credit, omnia ſperat, & non agit perperam

Primaria capita.

bis pastoribus tolerantiam scriptis commendavimus, publicisque concionibus inculcavimus, quo prono omnium nostrûm ad concordiam affectu, aliquam provinciæ istius, quam in se suscepisse credebantur Fratres Zelandi partem, nostra levaret ultro obvia facilitas, æquitas moderatioque. Quamobrem nostra, veritatis, & Ecclesiarum interesse arbitrati sumus, si post priores scribendi partes, quibus ex mandato classis Walachrianæ jam defuncti sunt ejusdem Delegati, secundæ nostræ essent, ne corruptis sinistra quadam totius negocij indicatione optimorum virorum animis, aut nullus postmodum aut difficilis aditus veritati relinquatur. Neque enim, quæ tua est singularis prudentia, justitiæ esse putabis, iniquius de ijs judicare, quorum causam nondum perceperis, neque pietatis, discerpendam quorundam hominum temeritati Ecclesiam, vel suffragando, dedere, nisi ponderata prius serio quæstionum & veritate & necessitate. Qua fiducia freti hac Epistola Dignitatem tuam affari officij quoque nostri esse putavimus, hoc vnum petentes, vt non gravetur animum suum, quamplurimis gravissimisque negocijs occupatissimum tantisper nobis date, donec causam perdiscat. Etenim, si hæretici sumus, si impiorum dogmatum fautores, si ab Ecclesiæ Catholicæ, si ab ea ipsa, quæ in reformatis Ecclesijs obtinet Confessionum Harmonia descivimus, nec tua pietas, sat scimus, favebit vnquam, nec nos favorem postulabimus potius, quam totius Christiani orbis indignationem correctionemque. Sed nimirum diu R. T. his exordiis moramur. rem potius aggrediamur, & Epistolæ VValachrorum singulis partibus nostram apponamus responsionem, brevem, quoad fieri potest, & modestam. quia ut scopulus assilientes undas sine motu vllo frangit, sic nos, quæ nobis intenduntur criminationes, sine acerbitate ulla aut ira. Illa Præfatione, statu Controversiarum enarratione, denique Conclusione constat.

Cur Remonstrãtes causæ suæ interesse iudicarint responsionem institui ad Epistolam VValachrorum.

Epistola VValachrorum quibus partibus constet.

Præfationem quod attinet, in ea singula velle persequi anxij nimis foret & solliciti scriptoris. Tantum momenta rerum ponderabimus, & ea solum, quæ tum Illustriss. harum provinciarum Ordinibus, tum etiam nobis asperguntur crimina, levi manu abstergemus.

Tu æterne Deus calamum moderare, vt qua tu synceritate de fidei nostræ, conscientiæ ac propositi integritate aliquando es pronunciaturus, eadem etiam animi nostri sensa fideliter, dilucide, velut ante oculos tuos, depromamus.

Præfatio Epistolæ quid summatim comprehendat

Præfationis ſumma huc redit, vt enarratis incommodis ac malis, quæ ex diuturna noſtratium Theologorum conflictatione in Eccleſias Belgicas aliquot retro annis dimanarunt, nec non expoſita ſuorum diligentia ac ſtudio, quo ea omnia egiſſe dicuntur, quæ vel tollendis vel mitigandis hiſce calamitatibus ex conſuetudine & veteri more adhiberi ſolent, adhæc derivata aperte in Ill. Generales Ordd non ſedati tumultus cauſa, vt qui difficiliores ſe (vt ajunt) in indicenda Synodo præbuerint, ſcriptionis ſuæ neceſſitatem juſtis graviſſimiſque rationibus adſtruant VValachrorum Delegati. Quid nos? Luctuoſiſſimi diſſidij & periculoſiſſimæ diſcordiæ in medijs Belgij viſceribus excitatum incendium (verba VValachrorum ſunt) diffitebimur? Vtinam poſſemus ex vero. Commiſſi ſumus fratres, Chriſtiani, reformati à Pontificiorum idolomania cœtus, idque plus quam hoſtiliter, & immemores quanto hæc ocia, quibus fruimur, ſanguine, ſudore, labore patriæ hujus Patribus & renatæ nuper Euangelicæ veritatis aſſertoribus ſteterint, mutuis odijs flagramus, & in hoſtium noſtrorum gratiam de nobis ipſis male mereri velle, & de Cadmea victoria contendere, videmur. Quæ quidem miſerabilis tempeſtas animos noſtros ad attentam divinæ providentiæ & Dei opt. max. ad pœnitentiam nos invitantis conſiderationem attollit, qui peccatis incolarum terræ & ſeculi hujus exundante iniquitate irritatus labium prophetarum confudit, & dum ſua quiſque loqui vult, ſuis obſequi cupiditatibus, diverſa quemque loqui ſinit. Nec tamen hæc ipſa omnipotentis Dei manus, eos culpæ eximit, qui luctuoſiſſimi hujus diſſidij, & malorum, quæ ex opinionum diverſitate agminatim fluxere, & fluunt indies, autores ſunt. Equidem, ita arbitramur, ex alio fonte ſententiarum judiciorumque circa res religionis varietatem, ex alio turbarum, ſchiſmatum, tumultuumque, qui iſta occaſione interdum, non tamen cauſa naſcuntur, arceſſendam eſſe. Sententijs variare Theologos, vti in alijs quamplurimis, ita & in his ipſis de Prædeſtinatione & τοῖς ἐχομένοις dogmatibus, nec nova res eſt, nec per ſe impia. niſi novum forte dicendum ſit, quod in veteri Eccleſia & multis poſt ſeculis in populo Dei obtinuit, aut impium, quod ſanctiſſimorum Patrum & probatiſſimorum Eccleſiæ Doctorum exempla comprobant. Patrum ſcripta luſtranti, & quidem eorum, qui Auguſtini tempora anteceſsêre, diſpar in multis ad hanc controverſiam ſpectantibus deprehendetur horum fuiſſe ſententia, ab Auguſtini

Annexis.

Sententiarum circa res religionis varietas ex alio fonte arceſſenda, quam turbæ, quæ occaſione iſta naſcuntur.

gustini ejusque sectatorum Prosperi, Hilarij, Fulgentij. Et superiore seculo inter eos Doctores, qui mirabili studiorum consensu Romanæ meretriculæ errorum collyria detraxêre, dissensio tamen opinionum super hoc argumento fuit. Alia hic Luthero, Calvino, Bezæ, alia Melanchthoni, Bullingero, Hemmingio, Latimero viris maximis mens fuit. Quin & hac nostra ætate in Cantabrigiensi Academia P. Baro, in Batavorum Iohannes Holmannus vterque SS. Theologiæ professores, Frisiorum vero, Geldrorum, Hollandiæque tractibus Anastasius Veluanus, Gellius Snecanus, Caspar Coolhasius, Cornelius Wiggeri, Sibrandus Taco, nomina Belgis nostris notissima, in diversam ab alijs sententiam ivêre. Quibus si Lutheranorum Ecclesias accensuerimus, vtique ab ipsis Reformationis initijs inter Reformatos ipsos decertatum in hac arena semper fuisse, res testabitur. Causam vero hujus dissidij & variantis judicii aliam quam dabimus, præter eam, qua in rebus divinis, arduis illis & humanæ menti vix perviis, veluti noctuæ ad Solem, cæcutimus, mentium nostrarum cæcitatem & caliginem, precum adhæc languorem, sacrarum scripturarum aut minus sedulam, aut minus piam meditationem, aliaque, quæ Spiritualis intelligentiæ profectum retardare solent, impedimenta? Et forte visum sapientissimo Numini obscuritate quadam, & ἐναντιοφανῶν locorum ambiguitate involvere hæc mysteria, vt humiles habeant, quod pia ignorantia venerentur; sapientissimi Theologi, in quo laboris & perpetuæ disquisitionis materiam offendant; Christiani, quod in dissentientibus mansuetudinis spiritu ferant, temerarij vero scrutatores, quod se assequi posse tandem desperent. Neque propterea statim discrepantes Theologorum sententiæ, aut dissentiens in probabili hoc argumento à fratre frater, turbatæ Reip. Christianæ & violatæ pacis causa censeri debet; cum istiusmodi disceptationes, non concusso Fidei fundamento, nec divulsa animorum conjunctione, transigi possint, transigi debeant, transactæ sæpius fuerint, & hoc ipso quoque tempore cum in aliis regionibus, tum in diversis Confæderatarum provinciarum Ecclesijs transigantur. Cæterum quibus modis hęc opinionum inter nostrates Ecclesiastas diversitas Christianum gregem affligere, Ecclesias dissipare cœperit, & fratrum animos à se invicem alieniores reddere, quibusque studijs actionibusque hæc luctuosissimi dissidij flamma patriam nostram accenderit, breviter oculis tuis subjiciemus, Deum obtestantes, nihil

Specietenus contrariorum

Opinionum circa controversa Capita diversitas quibus modis Ecclesias nostrates cœperit affligere.

nihil nos aut per malevolentiam dicturos, aut quod compertissimum non sit & testimonijs luce clarioribus demonstrari possit, prolaturos. Et vtinam liceret nobis hic citra tacitam fratrum nostrorum insimulationem, nostram tueri innocentiam. quod si fieri non possit, & res ipsa quippiam accusationis in ipsos loqui videbitur, hoc est, si veritas à nobis patefacta declarabit rem aliter se habere ac R. T. persuadere studet VValachrorum Epistola, sibi imputent, non nobis, quos huc necessitatis perpulerunt. Interim R. T. rogamus, ne ex paucorum immoderatis consilijs omnes æstimet, quibus-cum nobis dissensio est, & si quidam in nos vehementius quam par est tumultuando, turbas maximas dederint, inscitiæ illud malit persuasionive tribuere, quam perversitati.

Dissentientibus itaque patriæ nostræ pastoribus circa Prædestinationis caput, & exorta postmodum etiam intra Academicos parietes inter Theologiæ professores super hac re dissertatione, quæ illustriorem celebrioremque reddidit controversiam, nihil profecto incommodi passæ fuissent res Ecclesiarum publicæ, si intra eosdem parietes, aut privatis inter Ecclesiastas collationibus ea fide, moderatione ac prudentia, qua oportuit, disputatum fuisset. Verum veterator ille Spiritus, vti prosperos regni Christi successus indignatur, optimam hic se turbandi Ecclesias ansam reperisse ratus, falsis rumoribus, sinistris suspicionibus, & malefidis delationibus patriam omnem & vicinas regiones implevit. Sparsum veteres hæreses à nobis novo paxillo suspendi, & Arianorum, Pelagianorumque dogmata à Iacobo Arminio p. m. ejusque sectatoribus recudi & in Ecclesias introduci, à quibus tantum abfuit ille, & nos abesse profitemur, quantum abfuêre orthodoxæ fidei adversus Arianos & Pelagianos invictissimi assertores priscę Ecclesię Patres. Quæ dum aguntur, caverunt studiose Academiæ Lugdunensis professores Theologi, ex prudenti Nobiliss. Curatorum consilio, ne malesuada suspicio periculosæ contentionis alebria Ecclesiasticis subministraret. *Sciscitantibus enim DD. Curatoribus & Consulibus, num quæ ipsis,* (puta Professoribus) *Controversiæ istiusmodi essent perspectæ, re inter se primum examinata seorsim perpensaque, vnanimiter responderunt: Optasse se, à Classe Dordracena,* (quæ huic negocio occasionem præbuerat) *melius ordinatiusque actum esse: Inter studiosos quidem opinari se plura disputari, quam ipsis gratum sit; inter se vero, hoc est, inter facultatis* Theologicæ *Professores, nullum discrimen, quod quidem constet, esse in fundamenti doctrinæ*

Ex gestis Academicis anni 1605. mensis Augusti x.

doctrinæ. Daturos quoque operam, vt quæ inter studiosos disputationes istiusmodi obortæ sunt, minuantur. Atque hæc quidem acta, postquam jam sententiam suam de Prædestinatione partim concionibus, partim lectionibus, partim publica disputatione notam fecisset D. Arminius.

Mox quidam, sive viri odio, sive quod dissentientem ferre non possent, vt cujus sententiam æquissimis animis excipi ab auditoribus viderent, sive pia quadam sollicitudine, qua receptam doctrinam amplectebantur, adducti, publicè pro concione, ea, quæ in Academicis subsellijs subtilius disputata fuerant, ventilare aggressi sunt, idque multa à vero discessione, & animis ad tranquillam Christianorum institutionem minimè compositis. Alij Confessionis Belgicæ doctrinam tot martyrum sanguine confirmatam in dubium vocari, alij miscellam religionem adornari, & de Libertinismo introducendo cogitari promiscuæ multitudini inculcabant. Non defuerunt etiam, qui sub hæc inicia hanc Arminio labem aspersetint, quod Pontificem Romanum fratrem nostrum agnosceret, addebantque religionis mutationem innovationemque à nobis intendi, aliaque plurima, quibus territari norant superstitiosam plebeculam. Quæ res quantopere credulæ plebis per totam Bataviam animos concitaverit vix dicendo consequamur. Atque his quidem principijs summa tranquillitate florentes ecclesiæ inconditis motibus turbatæ sunt, non sine gravi infirmorum offendiculo & adversariorum quorumlibet applausu. Nunc quibus successibus creverit malum, accipe.

Vide Orationem Fr. Gomari, & admonitionem eiusdem Belgico sermone conscriptas.

Rebus ita comparatis, & delata per imprudentiam quorundam ad populum judicandi potestate, sententiarum diversitatem animorum sensim, vti tunc fieri solet, insecuta est separatio, & quæ credentium optimum coagulum est, charitas, in cordibus non solum plebeiorum sed & Ecclesiastarum refrigescere cœpit. Deventum eo, vt in Classe Alckmariana aliquot nostræ partis Ecclesiastis, novis & privato quorundam arbitrio conceptis formulis, subscribere detrectantibus, inscio prius, mox improbante etiam Magistratu cathedra interdictum sit. Repulsi quoque per totam Hollandiam ab Ecclesiæ functionibus SS. Theologiæ concranei, quotquot sententiæ nostræ favere vel levissima suspicione credebantur, hique vel publicis sumptibus, vel parentum liberalitate in religionis reformatæ propagationem laudabili affectu, non aliam in spem educati. Quod si quando summarum in Bata-

Quibus successibus malum creverit.

vis Poteſtatum autoritas, ad moderatiora eos conſilia hortaretur, alios vero à demagogicis concionibus & collegarum ſuorum improba inſectatione monitis & precibus magis, quam imperio revocaret, reſponſum: ad aliud hæc forum ſpectare, quam ad politicum, Eccleſiaſtica Eccleſiaſticis, politica politicis curanda, ſubjectumque perpetuo illud Epiphonema Apoſtolicum: *Oportet Deo magis obedire, quam hominibus.* Quibus omnibus & nobis neceſſitas impoſita fuit, innocentiam noſtram partim ſcriptis publicis partim concionibus (quod tamen magno cum famæ noſtræ & exiſtimationis damno ſerius, quam vellemus nunc, factum à nobis eſt, graſſante aliquot per annos impunè calumnia) apud Eccleſias noſtras tuendi, ſententiam noſtram aperiendi, & fortiter ea quæ nobis impacta erant, Pelagianiſmi, Socinianiſmi, Arianiſmi etiam Libertiniſmi crimina depellendi: Dum vero diſputationum vtrimque momenta ad vnguem reſecantur, quidam ex conſequentijs, ijſque mirabilibus magis, quam veris adverſus nos diſputantes, omnia ad invidioſam hyperbolen trahere ſtuduerunt. Quibus irritati & noſtrûm quidam (cur diſſimulabimus?) paribus conſequentijs diſſentientes preſsêre. Et ſic mutatum ferè totius diſputationis ſchema, relictiſque γνησίοις controverſorum dogmatum Theſibus, in monſtroſis vtrimque ſudatum eſt conſectarijs, quæ quiſque ſibi, prout ingenioſior haberi voluit, ſine fine, modo ac ratione finxit fabricavitque.

Genuinis.

Subinde, delatis ad ſummas Poteſtates querelis eorum, qui clandeſtinis & iniquis fratrum ſuorum machinationibus opprimi ſe credebant, quæſtio incidit plena odij & invidiæ de ſummi Magiſtratus circa res ſacras jure & poteſtate, nobis non aliam illi quam ſibi vendicant Reformati paſſim orbis Principes, admetientibus, alijs vix ultra ſpectaculum quicquam & cæcam Decretorum Eccleſiaſticorum approbationem executionemque illis deberi contendentibus. Iamque, quæ inter Eccleſiaſticos tantum ſteterat, nunc inter Politicos & Eccleſiaſticos de Imperij jure decertari cœpit quæſtio. Quin nonnulli, dum Confœderatarum Provinciarum Ordines aliquam componendi & ſedandi hos fluctus rationem inire viderent, non ſolum publicitus, verum etiam inciviliter eorum decreta & conſilia ſuggillarunt, &, ſparſis clam in vulgus libellis, plenis irreverentiæ vocibus exagitarunt, vt quamvis minime mali quorundam animi obedientiam præſtare non fuiſſent gravati, peſſimis horum exemplis invitati, aliqui detrectarent

quaestio de potestate Magistratus circa res sacras.

ent. Hujus porro vesaniæ nullus adhuc finis, & per eandem li-eam contentionis serra reciprocatur in hunc vsque diem. Et is quidẽ intemperijs dissidia hæc nostra luctuosa & periculosa eddita sunt. Hæ ipsæ nascenti Ecclesiæ incendio facem sub-unt. Hinc illa nata scandala & offendicula inter nos maxima, ıspectaque his, illis exosa religio detentam in injustitia veritatem ıget. Dum enim Euangelicę doctrinæ causam non leni, non lacido, sed efferato potius ingenio tractari videt populus, sum-ıosq; Theologos sine intermissione altercantes, in dissentientes iam sæviri, en conscientiæ primum turbantur, mox perplexæ ac ıbiæ hærent in tanta tamque acerba contentione, ac tandem, ım quò se recipiant non vident, in alijs error confirmatur, in alijs dium veræ doctrinæ, in non paucis quoque contemptus omnis ligionis, profana securitas, & Atheismus generatur. Pluribus hæc rsequi possemus, nisi querelam potius, quam defensionem no-i instituere velle videamur. Neque enim propositum nobis m fratrum nostrorum dilectissimorum infamia causæ nostræ atiam aliquam fœnerare. Tantum eam à nobis criminis culpam ıoliri in animo habemus, quam non subobscurè in nos derivant Valachrorum Delegati. Proinde iterum R. T. rogamus, vt ıristiana hæc examinet synceritate, neque quorundam vel ve-mentiam, vel inscitiam arbitretur in omnes Contra Remon-antes conferri, in quorum honorem lubentes hæc dissimulasse-ıs, si vel ingenij vel eruditionis tantum esset discrimen. Sed batæ Ecclesiæ Christi crimen nemo debet agnoscere, nisi qui tinuit admittere. Nunc quid à Walachris aliisque vel Con--Remonstrantibus vel Contra-Remonstrantium fautoribus tranquillandam hanc tempestatem actum sit expendamus, idque illorum pios conatus & studia ad hoc negocium adhi-a eluserit, æqua judicii lance expendamus. Sed ipsos suis hic bis loquentes audiamus Zelandos: *Et vero hactenus nostri, im-ısissimo studio peregerunt ea omnia, quæ ex legitimo Ecclesiæ ordine lendo aut leniendo huic malo apposita censeri videantur, & inde ab ni ævo adhiberi in Ecclesia consueverunt. In primis autem hoc curæ buimus, vt ab Illustrium Generalium Ordinum consessu Synodus Na-nalis, quæ controversias ex Dei verbo dirimeret, obtineri posset. Ve-m hactenus nobis, vtcunque omnem debitam diligentiam contuleri-ıs, conatus hic omnis irritus evasit, quandoquidem aut detenti in su-nsione fuimus, aut insuper repulsam tulimus.* Ergo in potentissimos

Quid à VValachris aliisq. vel Contra-remonstrantibus, vel Contra-rem. fautoribus ad sedandam hanc tempestatem actum sit.

Confœ-

Confœderati Belgii Ordines omnium horum, quæ Ecclesias inundarunt malorum, culpa recidet. Illi quod officij sui fuit, judicibus VValachris, facere neglexerunt. Non levis profecto res est, vir prudentissime, eum Consessum neglectæ religionis, læsæ pietatis, & turbati Ecclesiarum status florentissimi reum falso insimulari, qui vti patriarum legum, sic divinarum quoquetenacissimus fuit hactenus, nec ab ea, quam suo & civium suorum sanguine asseruit, religione vel pedem recessit. Nec tamen primi ita judicant Zelandi. Iam ante eos D. Sibrandus Lubberti Theologiæ in Academia Franekerana professor hoc nomine, dicamus potius hoc crimine, eosdem Ordines Generales ad Archiepiscopum Cantuariensem & Angliæ primatem detulit, ea Epistola quam Commentarijs suis ad nonaginta novem Errores Conradi Vorstij præfixit. Audi verba: *At postquam Generales Ordines in hi synodis convocandis difficiliores se cœperunt præbere, qualia quantaque monstra Ecclesijs Belgicis obrepserint, quis pius sine gemitu, ac lachrymi potest recordari.* Fatemur equidem officium pij Magistratus esse cavere omni studio ne Ecclesia & Resp. detrimenti quidpiam e immodica disputandi licentia capiat, neve pullulantibus contentiosorum hominum lascivia erroribus repagula laxentur, sedulo providere; insuper obortis de rebus religionis controversijs clarissimorum Theologorum judicia & consilia exquirere, Synodum si necesse & vtile futurum judicet indicere, vel grassantibus interim malis, decretis suis ad verbi divini præscriptum & aliorum Principum in populo Dei exempla exactis, obviam ire, eaque omnia agere, quæ ab omni ævo tollendis istiusmodi difficultatibus idonea esse comperta sunt. Verum quam hic non peccarint, sive incuria, sive contemptu religionis, sive odio, vt quidam inclementius sentiunt, Generales Ordines, imo quam hac in parte peccaverint ipsi Ecclesiastici, & inter reliquos Synodi deputatos ipsi quoque Zelandi, sive imprudentia, sive nimio Hierarchiæ studio, sive sinistra quadam suspicione & majoris incommodi formidine, liquido nunc ostendemus, & eorum omnium, quæ toto harum controversiarum tempore, etiam aliquot annis ante inter Ordines Generales, & particulares Hollandiæ, Vltrajecti, & Transisulanæ provinciæ acta sunt, ichnographiam delineabimus.

Sibrand. Lubbertus Epist. præfixa Comment. ad errores C. Vorstij pag. 35.

An quicquam hac in parte neglectum ab Ordd. tum Generalibus tum Holland.

Circa annum à nato salvatore millesimum, quingentesimum nonagesimum septimum, subnatæ varijs in locis sunt, præcipue vero Goudæ, Hornæ, Medenblici de Prædestinatione, vocatio-

ne hominum ad salutem & quæ hinc dependent dogmatibus disputationes; necnon de Confessionis Belgicæ & Catechismi Palatini authoritate, An & quatenus istis fidei compendijs in Ecclesijs locus esse possit, Num inconveniens sit istiusmodi scripta ad cathedram Ecclesiasticam deferre, contextus periodorum ex ijs desumtos populo Dei prælegere, in iisque tanquam concionis argumento occupari. Præterea de quorundam in illis phrasium recta ac orthodoxa interpretatione non minus controversum: calideq; satis de his inter istarum civitatum Ecclesiastas aliquot, aliosque coram Holl. Ordd. disceptatum fuit. Quæ res cum non parum negocij Synodo Holl. facessivisset, eidem occasionem præbuit & simul necessitatem imposuit Synodum Nationalem flagitandi. Accedebant sub hæc tempora aliorum quoque apud suarum provinciarum Ordines, partim ob easdem, partim ob alias causas assiduæ Synodici conventus postulationes. At Hollandiæ Ordines, superioribus moti dissidijs, primi suæ ditionis pastoribus Synodi habendæ copiam suo nomine fecêre, hoc rescripto: *Visum est, vt nomine Provinciæ Hollandiæ & VVestfrisiæ in conventu DD. Ordinum Generalium Synodus concedatur & permittatur Nationalis Reformatarum Ecclesiarum, nominatim quidem in eum finem, vt Confeßio Fidei Belgica in eo cœtu in timore Dei recognoscatur & resumatur, atq; accurate attendatur, quanam ratione commodißime iuxta verbum Dei Ecclesiæ Belgicæ Reformatæ veræ veritati ac concordiæ asseri inque ea conservari & augeri, contentionesque subnatæ componi atque emendari possint.* Videt facile R. T. quam ob causam in Synodum Nationalem consenserint Holl. Ordines, ob natas scil. de Confessionis Belgicæ authoritate & controverso eius quibusdam in locis sensu, contentiones, quibus à Synodo medicinam adhiberi posse & debere credebant. Quod si vero temporis, quo hæc acta sunt & occasionum impetrati istius rescripti περιστάσεις intueri libeat, planum erit, multis annis ante notum in Academia Lugdunensi D. Iacobi Arminii nomen & Remonstrantium Contra-Remonstrantiumque (vti nunc vocantur) certamina, hæc accidisse, vt ineptissimum sit Remonstrantes insertæ istius de recognoscenda Confesione clausulæ autores perhibere. Elapsis abhinc annis octo, scilicet Anno sexto supra millesimum & sexcentesimum tantundem enim temporis effluxit, priusquam aliæ Provinciæ calculum suum contulêre) impetrata est ab Illustriss. Ordinibus Generalibus convocandæ Synodi Nationalis potestas, idque hac

Ordines Hollandiæ consenserunt in convocationem Synodi Nationalis Anno 1597. Decemb. 23.

Circumstantia.

Ordines Generales Anno 1606. Mart. 15.

C Decre-

Decreti formula: ORDINES *Generales confœderatarum Belgij Provinciarum consideratis perpensisque rationibus tum ore tum scripto in ipsorum conventu propositis atque exhibitis nomine Christianarum Reformatarum Ecclesiarum Belgicarum, vt concederetur ipsis facultas cogendi Synodum Nationalem earundem Ecclesiarum, ob causas in ea ipsa Remonstrantia expressas; post maturam deliberationem permiserunt, vt ea haberetur, atque hoc ipso instrumento etiam permittunt. Quocirca etiam placuit ipsis, vt Synodus illa Nationalis nomine Ill. ipsarum DD. vtpote legitimorum Magistratuum, protectorum ac defensorum in hisce regionibus Christianæ religionis Reformatæ, & quibus proinde ius competit, convocetur; simulatq; Illustres ipsorum DD. cum Ecclesiarum pastoribus (quos prima quaque occasione decretum est ipsis in eam rem evocare) de modo habendi Synodum, deque loco & tempore idoneo communicaverint inter se ac deliberaverint: vt Synodus illa Nationalis cum revisione Confessionis & Catechismi earundem Ecclesiarum & constitutionibus Ecclesiasticis hactenus in ea frequentatis (quemadmodum omni tempore in talibus cœtibus fieri consuevit) in nomine & timore Domini ita instituantur atque habeantur, vt exspectati inde fructus possint consequi, nimirum confirmatio veræ pietatis inter incolas earundem regionum. Atque hæc omnia iuxta normam & exemplum sacri verbi Dei, ad gloriam ipsius, & Reip. atque Ecclesiæ incolumitatem.* Hac autem tempestate non minus segniter de iisdem ferè, quibus antè, quæstionibus inter Holl. & aliquot vicinarum Provinciarum Pastores disputabatur, aliis rigidiorem D Francisci Gomari, aliis eam, quæ Reineri Donteclokij nomine venditabatur, aliis mitiorem D. Arminii de Prædestinatione eique annexis quæsitis sententiam amplectentibus, singulis verò opinioni suæ in Confessionis & Catechismi verbis patrocinium aliquod quærentibus. Quæ cum ita sint, in aperta luce cæcutire nobis videntur fratres VValachri, aut malæ fidei (quod tamen credere vetat charitas) notam incurrere, dum in Synodi Nationalis expectatione se ab Illust. Ordinibus detentos fuisse, aut insuper repulsam passos confidenter asserunt. En hîc Decretum. En tabulas ipsorum Ordd. Generalium, quibus placere sibi, vt conventus istiusmodi habeatur religionis ac veræ pietatis promovendæ ergò, testatur, quo commodè ex vsitata Ecclesiæ praxi gliscenti altercationum Theologicarum incendio sanis consiliis occurratur. Sed nos fontem subsecutarum super ista Decreti formula tergiversationum, & quæ ex Synodi intermissione postmodum profluxêre malorum aperia-mu.

Qua fide VValachri asserant Ecclesias nostrates ab Illust. Ord. detentas fuisse in Synodi Nationalis exspectatione.

mus. Malè habuit Ecclesiarū Delegatos, de revidendis *Confeßione, Catechismo & Canonib. Ecclesiasticis* mentionem injici, vti ex ipsorū libello supplice, quem eam ob causam Illust Ordd. Generalibus exhibuerunt, & misis quaquaversum ad Ecclesias litteris, apparuit. Ajebant scilicet isto commate in dubium vocari totam illis breviariis comprehensam doctrinam. Vrgebant forense hoc esse *revisionis* vocabulum, nec postulari illum actum, *nisi cum lata sententiæ non acquiescitur, sed eius retractatio aut mutatio potius postulatur.* Quare tam grandis negocii & tantorum consiliorum moles ex vocis istius interpretatione pependit aliquandiu, & Iurisconsultorum Grammaticorumque nomenclaturas explicare oportuit in re gravissima, in qua Ecclesiarum salus reposita credebatur. Sed quæsitus fuit in scirpo nodus & candori offutiæ. Decretum enim Hollandiæ Ordd. quod præcessit, vocem habet *resumptionis.* Canon quoque Synodi particularis Gorinchemensis, primo, post actum alterum illud Ordd. Generalium Decretum tempore, celebratæ, apertè testatur, Commissarios (vti hic appellant) Ordinum, atque ipsos quoque Illustr. Ordines significavisse, non esse eam, vti Ecclesiastæ existimabant, istius vocabuli hac in parte significationem. Vt morosa illa potius & insipiens, quam prudens ac circumspecta fuisse contentio censeri debeat. quæ tamen tantæ rei successum, impetratæ scilicet Synodi Nationalis, insigni cum Ecclesiarum damno in hunc vsque diem remoratur. Hactenus quicquam ab Illustr. Ordd. Generalibus, præter officium Christiani Magistratus, aut religione nostra indignum, commissum esse judicabis? Non opinamur. Nos porro & temporis & historiæ hujus filum persequamur. Reversis ergo ad suos Pastoribus ijs, qui ad petendam Synodum missi fuerant, diligentius ad rescripti istius tenorem attendere cœperunt Hollandicæ Ecclesiæ, quæ in Synodo Gorinchemensi habita mense Augusto ejusdem anni cIc Io cvI. æquitatem istius de recognoscenda Confessione & Catechismo clausulæ, suo suffragio comprobarunt. *Ecclesiis enim videri ait Synodus, in Synodo Generali Confeßionem more solito expendendam iterumque examinandam esse.* ideoque Professoribus Leydensibus & Pastoribus ad eam Synodum pertinentibus mandatum, vt Confessionem & Catechismum in hisce regionibus vsurpatum diligenter perlegant & scrutentur. Sed deliberatum vltra fuit, an expediret ad particularem Synodum ejusque Deputatos primum deferri Concionatorum ad supradictos libel-

Ab ipsis Ecclesiarum Pastoribus impeditam eam esse hactenus.

Vid. acta Synod. Gorinch. Art. 2.

Acta Synod. Gorich. Art. 41.

los

los observationes, an in Synodum Nationalē reservari & quamvis deerant rationes, quæ anticipata illa particularis Synodi judicia periculo suo non caritura persuasisse poterant, decretū nihilominus in eadem Synodo: *Si quis aliquid in scriptis illis Confeßionis & Catecheseos observasset notæ dignum, id significaret, & bonis firmisque rationibus atque argumentis vestiret, quam posset celerrimè, etiam, si fieri id posset, in proximum Claßis conventum.* Interea temporis, dum hæc geruntur; Illustriss. Ordines Generales, quod facturos se superiore suo rescripto promiserant, faciunt; & evocatis per litteras ex Confœderatis quotquot sunt provincijs aliquot dignioris notæ Pastoribus, & Doctoribus, judicia ipsorum & consilia de forma & modo habendæ Synodi cognoscere voluerunt. Verum hoc ipso in conventu, quem præparatorium vocamus, rursum recognitionis istarum doctrinę nostræ Formularum, quantumvis ea non sine exemplo aliarum Ecclesiarum, & gravissimis de causis (quas hic recensere longum foret) à supremo Magistratu decreta esset, acriter restitutū est, judicatumq; *in Synodo Nationali non deberi Confeßionem Belgicarum Ecclesiarum, sed posse relegi, si id Synodus ob incidentes causas necessarium iudicaverit.* En rescissum hîc tredecim aut circiter Ecclesiastarū judicio summarum in Belgio potestati decretum. Et sic porro non ab Ill. Ordd. Generalibus, vti VValachri ajunt, sed ab ipsis Ecclesiarum Pastorib. in exspectatione desideratæ Synodi detentæ sunt nostrates Ecclesiæ.

Hollandiæ pastores, quos incrudescens indies magis magisq affligebat civilium contentionum intemperies, in particularibus Synodis Recognitionem illam vrgere non desinebant. quin statutum in Synodo Delphensi habita Anno cIↃ IↃ.CVII. vt Ecclesiastæ & Theologiæ Professores *in omnia* scriptis istis contenta *tum quoad substantiam, tum quoad verba & phrases attente inspiciant.* Quamquam autem concionatores aliquot hoc vnice in votis habebāt, vt ex voluntate decreti Generalium Ordinum animadversiones istæ non nisi in Synodo Nationali exhiberentur, tamen ne doctrinæ Christianæ & quidem Reformatæ, addamus, nostrarum Ecclesiarum capita in controversiam vocari suspicarentur fratres alij, in pleno concilio Delphensi vltrò & candidè testati sunt, *se Confeßionem & Catechesin quod ad substantiam & fundamentum doctrinæ pertinet, probare: se statuere, fundamenta salutis sufficienter illis contineri, se illis adsentiri, quatenus ea conveniret cum Harmonia aliarum Euangelicarum Ecclesiarum,* aliaque plura in eandem senten-

Vid. Acta Synodi Delphensis Artic. 4.

ſententiam. Nec tamen apertâ hac & ingenuâ Confeſſione ſuſpicacibus quorundam ingenijs ſatisfactum Quæſitum, *An quæcunque in Confeſſione & Catechiſmo continerentur quoad ſubſtantiam, verba, phraſes, & quicquid eſt iſtiuſmodi crederentur conformia divino verbo, an non?* reſponſumque, nondum animadverſum eſſe à Paſtoribus ad verba & phraſes, hoc nunc agi, & in eo occupari jam ſingulos ex Ill. Ordinum & Synodi Gorichomienſis voluntate ac mandato. Ac tunc quidem perverſis conſilijs has obſervationes ſic præfeſtinè & cupidè exigi deprehenſum. Ex eo enim tempore, ij Paſtores, qui recognoſci in Synodo ſcripta illa oportere contendebant, & omnimodam illam accurationem, etiam quoad verba & phraſes quaſlibet agnoſcere gravabantur, licet de nullo Fidei capite illis contento ambigere ſe aliquoties ſanctè affirmaſſent, paſſim per Eccleſias Batavorum & finitimas quoque regiones, partim clancularijs ſuſurris, partim propalatis apud vulgus delationibus, vt heterodoxi, & de impuriore doctrina ſuſpecti, traducti, accuſatique ſunt. Illuſt. Hollandiæ Ordines poſtquam hæc ipſis innotuiſſent, exaratis ad ſingulas claſſes litteris, quas quiſque haberet obſervationes, ad ſe tranſmitti & cuſtodiæ ſuæ in Synodum Nationalem committi, juſſerunt. Quo facto ilicet altercationibus iſtis præpoſteris & intempeſtivis de ſcriptorum iſtorum iterando examine finis impoſitus eſt & altum de ijs in hodiernum diem ſilentium. Necdum Generales Ordines reos teneri tam grandis culpæ videmus. Sopitâ ergo de Reſcripti iſtius clauſulâ diſceptatione, non ſopitæ tamen fuêre eæ, quæ de Prædeſtinatione & hujus appendicibus vigebant diſputationes; ſed ex ſcholis ad ſuggeſtum, ex ſuggeſtu ad promiſcuam multitudinem, in fora, in compita & porticus delatæ, ſummæ, mediæ & infimæ ſortis homines exercuêre; Hæ in Claſſibus & Presbyterijs contentionum erant materies fœcunda, nec cuiquam jam Eccleſiaſtæ idem quod nos ſentienti in Eccleſia ſua pacato eſſe licebat, aut vllis SS. Theologiæ candidatis ad Eccleſiaſticæ dignitatis munia aſpirare vltra concedebatur. Quare invaleſcentibus diſſidiorum flabris, & quibuſdam ejectionem noſtrorum ex Eccleſia varijs in locis molientibus, Ordines Hollandiæ inconſultum rati diutius animum omnem à remedijs avertere, iniquioribus quorundam in noſtros conatibus obſtitêre, iniquiſſimum arbitrati paucorum libidini eorum exiſtimationem fortunaſque exponere, quos obſequentiſſimos ſuis mandatis cives, amiciſſimos Eccleſijs ſuis Pa- *Anno 1608. Nov. 23.*

ſtores, non ſegnes Reformatæ religionis antiſtites fuiſſe, etiam tunc cum in cuſpide ferri res Belgarum poſitę eſſent, non vno ſigno comperiſſent. Anno cIɔ Iɔ CVIII. menſę Decembri Synodi provincialis convocationem flagitarunt ab Hollandiæ Claſſibus miſſi Paſtores. Verum Ordines Hollandiæ minimè hoc e: vtili cum Reipub. tum Eccleſiæ futurum judicantes, vt qui im penſiſſimo noſtros condemnandi ſtudio duci eos viderent, peti tioni ipſorum abnuêre, addito, non gravari ſuas Dominatione Synodi copiam quoquo tempore facere, modò à temeraria & præcipiti fratrum condemnatione abſtineretur, voluntatique ſu: de non vexandis ob has controverſias nobis mos gereretur, do nec in Synodo Nationali, plenius re cognita & examinata, Eccle ſijs ſua tranquillitas & concordia communi earundem conſenſ reſtitui poſſit. Verum Fratres contra obniti, noſtros quibus po ſunt modis ab obeundo miniſterij opere arcere, in plebis odiur concionibus & ſcriptis adducere, novatorum & heterodoxorur exoſis nominibus inſectari non deſtiterunt. Quamobrem cu Excommunicationis fulmine vndique terreremur, nec quicquai in fratrum noſtrorum æquitate moderationeque ſolatij nobis a præſidij reliquum eſſet, exhibitus eſt Potentiſſ. Hollandiæ Ord nibus Anno milleſimo ſexcenteſimo & decimo Libellus ſupple: eorum nomine, qui mitiorem illam Doctoris Arminij de Præd ſtinatione ſententiam ſequebantur, in quo & quid de capite iſt ſentiant apertè expoſuêre, & ſimul ſummi in Batavis Magiſtrat opem adverſus iniquiores aliorum machinationes imploravêr Secuta mox, Anno nimirum proximo, qui fuit ſupra milleſimu & ſexcenteſimum vndecimus, Hagienſis Collatio, in qua p mum oppoſitam priori noſtrorum ſcripto ſententiæ ſuæ & co ſiliorum Declarationem Hollandiæ Ordinibus exhibuêre diſſe tientes Eccleſiaſtæ; mox ſeni hinc inde aliquot hebdomadibus conſeſſu eorundem Ordinum de controverſis dogmatibus ex ſc pturis diſſeruerunt, rationum ſuarum pondera excuſſerunt, diſputationum ſummas ſcripto conſignatas in Ordinum man depoſuerunt. Cæterum Holl. Ordines, quos, vt dę veritate falſitate Articulorum judicium ferrent, eorundem deterrebat o ſcuritas, ſalvo & his & illis ſuo de hiſce judicio, ita ſtatuerunt; memores pacis domus Dei & ædificationis piorum Paſtores ſi guli, ea prudentia & animi moderatione totum hoc negociu tractarent, ne Chriſtianæ charitatis & publicæ concordiæ vinc

la po

ſa porrò per ipſos, diſſolvantur, neque cuiquam vel myſtarum, vel recens ſacris iniciandis, ex hiſce contentionis thematibus præjudicii quicquam aut moleſtiæ creetur. Nec diſplicuit rerum Theologicarum peritiſſimis viris cum in hoc noſtro Belgio, tum in Anglia & Germania, ac nominatim maximo Britanniarum Regi hæc Ordinum Hollandiæ moderata & prudens ſententia. De Regis animo luculentum teſtimonium perhibent ipſius ad Generales Ordines miſſæ litteræ, quæ ita habent: Sententia D.D. Ordd.

Sublimes ac Potentes Domini, amici noſtri, ſocij atque fœderati. Adfectus noſter erga bonum Reip. veſtræ, præſertim in his quæ ad veram religionem Christianam pertinent, efficit, vt cum dolore intelligamus, certamina ſuborta inter Miniſtros populumq; veſtrum, occaſione Theologicarum diſputationum. Vidimus capita & diſcrepantes ſententias, ac reperimus eas ſpectare divinam Prædeſtinationem, & quæ inde pendent: quæ magnas ſæpe diſſenſiones in Eccleſia pepererunt. Et quanquam certiſſimus pro veſtra prudentia & ea auctoritate, quæ vobis ſuper Rempub. Eccleſias, & Miniſtros competit, vobis rationes non defore, quibus iſtas contentiones ſopire, & finem ipſis imponere poßitis, ne longius erumpant in diſpendium boni publici, tranquillitatis Eccleſiarum, promotionis divinæ gloriæ ac veræ pietatis: attamen ob eum metum, quo tenemur, ne iſtæ controverſiæ maius malum tumultumq; maiorem moveant, conſilium hoc vobis damus, experiundo nos didiciſſe, diſputationibus Theologicis id genus quæſtionum difficulter terminari; magis autem è re fore, vt ſopiantur AVCTORITATE PVBLICA: *ita vt prohibeatis Miniſtros veſtros, ne eas diſputationes in ſuggeſtum aut ad plebem ferant, ac diſtrictè imperetis, vt pacem colant, ſe invicem tolerando in iſta opinionum ac ſententiarum diſcrepantia, quæ ſuper dictis capitibus inter ipſos invenitur, Item donec maturè cognito negotio auctoritate publica per vos aliter ſtatuatur. Eoque iuſtius videmur vobis hoc ipſum ſuadere debere, quod cum in libello quem nobis Eques Carronius Legatus veſter exhibuit, ſatis amplè explicatas partis vtriuſq; opiniones & rationes queis nituntur viderimus, neutram comperimus adeò deviam, vt non poßint & cum fidei Chriſtianæ veritate, & cum animarum ſalute conſiſtere &c.* *Litteræ Regis Magnæ Britāniæ ad Ord. fœderatos data 6. Martij anno 1613.*

Circa hæc tempora Ordines quoque provinciæ Vltrajectinæ, de legitima Eccleſias ſuas gubernandi formâ (qua hactenus caruerant) conſilia inivêre, & inter alios Canonas Eccleſiaſticos citra Paſtorum ejus Provinciæ conſenſione conceptos, etiam hunc, quo controverſijs his limes figeretur & modus, eſſe voluerunt.

Canon Ecclesiasticus Provinc. Vltraiect. anni 1612. 24. Augusti.

Dabunt etiam Pastores operam, vt in fundamentis fidei sternendis v
tantur verbis & formulis loquendi ex sacra Scriptura depromptis, exem
plar habentes sanorum sermonum, quos ab Apostolis didicerunt: loquen
tes sermonem non verbis quæ docet humana sapientia, sed quæ docet Spi
ritus sanctus, spiritualia cum spiritualibus coniungentes, vitantes logo
machias quæ nullam adferunt vtilitatem, imò verò auditores subver
tunt: reijcientes quoque sublimes profundasque speculationes & inutil
disputationes, quæstionesq; omnes stultas & ad erudiendum minimè com
paratas, vtpote qui sciant eas gignere pugnas, non autem οἰκοδομίαν θε
τὴν ἐν πίστει: *semper hoc reputantes, finem mandati esse charitatem e*
puro corde, conscientia bona, & fide minimè simulata. Quumque mult
hodiè & variæ oriantur disputationes atque intricatæ quæstiones de qu
busdam Scripturæ locis, agentibus de æterna Dei Prædestinatione & c
pitibus ex ea dependentibus, nostri verò muneris sit prospicere, ne Doctor
huius Provinciæ ob eas trahantur in contentiones, ex quibus posteà diss
dia in Ecclesiis oriri possint, iudicavimus vtile esse atque conveniens,
in hoc negotio quilibet etiam atque etiam attendat admonitioni Apost
li, qui nos vult μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σ
φρονεῖν. *Proinde, vt in tractandis hisce materijs (ita exigente opport*
nitate) ea adhibeatur moderatio, vt ne cui detur occasio iure suspican
aliquid in Ecclesiis nostris doceri, ex quo sequi possit, Hominem vllum
Deo creatum ad condemnationem, aut, Hominem ad peccandum neces
tate aliqua extrinseca alligari, aut, Invitari quemquam ad saluten
Deo, cui tamen ipse absolutè eam non dare decreverit, aut, facere aliqu
Deum quod vllam habeat speciem iniustitiæ. Hæc enim ad Dei infamia
& blasphemiam Christianæ nostræ Reformationis spectarent, gigneren
que in aliis quidem securitatem, in aliis verò desperationem. Quema
modum quoque sollicitè curandum est, vt principium, progressus & fi
salutis nostræ non naturalibus viribus humanis, sed soli puræ putæ null
que meritis nostris provocatæ gratiæ Dei in Christo adscribatur, vt vb
pro firma atque immota regula servetur id quod dicit Propheta, per
tionem nostram esse ex nobis, sed salutem ex Deo esse. Tametsi verò D
ctoribus S. Theologiæ liberum sit, de istis & similibus Articulis in Sch
lis atque in aliis conventibus, vbi res ita exigit, amicè inter se confer
& veritatem in omnibus secundum Dei verbum placidè investigare, p
sitque adeo ea agendi ratione fieri, vt in quibusdam circumstantiis
versitas quædam opinionum subnascatur, quemadmodum omni ævo i
ter eruditos & pios viros circa hæc capita aliquid semper videtur dif
rentiæ fuisse; tamen nolumus vt eiusmodi disputationes ad cathedram a

su

suggestum Ecclesiasticum adferantur, quemadmodum etiam vetamus ne iis qui in hoc argumento non audent altius contendere, quam vt dicant, Deum ab æterno secundum suum beneplacitum Christo Domino nostro nixum fultumque ad salutem æternam elegisse atque ordinasse, omnes & singulos per gratiam ipsius nullo suo merito provocatam in eundem Iesum Christum Dominum nostrum credituros, & in ea fide vsque ad finem perseveraturos: contrà verò ad exitium destinasse & reiecisse omnes & singulos gratiam suam spreturos, se ea indignos præstituros, & in eadem infidelitate perseveraturos, idcircò vel minimum negotii facessatur, aut quisquam molestus sit, vt altius quicquam doceant. Iudicamus imò expedire ad ædificationem, vt argumentum istud apud populum altius ne proponatur: vt qui censeamus doctrinam illam verbo Dei consonam, & ad salutem sufficientem esse, vtilemque & accommodatam pellendæ desperationi, & gloriæ Dei promovendæ.

Ad cujus Canonis præscriptum dum se ὁμοθυμαδὸν componunt totius tractus Ecclesiastæ quotquot sunt, omnia istic loci placidè, tranquillè, decenter & magno cum Ecclesiarum incremento geruntur, quique serius ad Religionis Reformatę publicam & vnanimem professionem defensionemque consilia sua contulerunt Vltrajecti Ordines, nunc vicinos omnes ad æmulationem suo exemplo provocant. *Vnanimiter.*

ORDINES etiam HOLLANDIÆ & FRISIÆ OCCIDENTALIS post crebra ob hanc causam indicta Comitia, & actas ad Dei verbum, pietatis promotionem, Reip. & Ecclesiæ pacem, nominisque divini gloriam deliberationes suas, intellecta præstantissimorum Theologorum sententia, Regis Britanniarum adiuti suffragio, & Vltrajectensium invitati exemplo, tandem mense Ianuario Anno millesimo sexcentesimo decimo quarto hunc in modum decrevêre:

Quando multum dissidii ac contentionis per harum regionum Ecclesias subortum est, ex diversis interpretationibus locorum sacræ scripturæ, quibus de æternâ Dei Prædestinatione & quæ huic cohærent, agitur; provecto eousque calore certaminis, vt sint qui malè audiant, velut directè aut per obliquum docentes, alii quidem, Homines aliquos à Deo immortali ad damnationem creatos, Quibusdam hominibus à Deo peccandi necessitatem imponi: Tum verò, à Deo quosdam ad salutem invitari, quibus omninò salutem non dare decreverit: alii verò, Naturales hominum vires aut facta salutem ipsorum posse operari: quæ spectant vtrimque ad ignominiam, ad infamandam Christianam Reformationem, & no- *Decretum, Ord. Hollandiæ & VVestfrisiæ pro pace Ecclesiarum anni 1614.*

stræ piæ sententiæ adversantur: quibus obviam iri, visum est nobis ad divini honoris & gloriæ propagationem, ad incolumitatem Reip. & Ecclesiarum, ad tranquillitatem, concordiam bonamq; frugem civium perquam necessarium: Idcircò *rebus diu multumq; perpensis, religioseq; & circumspectè examinatis singulis quæ in colloquio duodecim Pastorum Anno* cIↄ Iↄ cXI. *nostro in conventu ore primùm peracta, mox etiam cum ipsorum consilijs perscripta, nobisq; tradita fuere: vsi ea auctoritate, quæ nobis, vt summis legitimis potestatibus iuxta sanctum* Dei *verbum, eorumque Regum, Principum, ac* Civitatum *quæ Reformationem Religionis amplexæ sunt, competit, imperamus, vt in memoratis modò interpretationibus diligenter quisque attendat ad* Sancti Pauli *Aposto[li] monitum, docentis, ne quis supra modum sapiat vltra quam oportet sapere, sed sapiat ad sobrietatem, prout cuique Deus partitus est mensuram fidei: &, id quod passim tradunt sacræ litteræ, Salutem quidem nostram ex Deo solo esse; at nos nobis ipsis perniciem accersere: Ac proinde in explicandis sacris literis quoties ita feret occasio, Pastores insigant populo, singulorumque sub nostro imperio habitantium animis, Principium, progressum, ac finem humanæ salutis atque ipsam adeò fidem non nativ[is] hominum viribus aut factis, sed soli nec promeritæ* Dei *in Iesu Chris[to] Servatore nostro gratiæ accepta ferri debere:* Nullos *à Deo omnipoten[te] homines ad damnationem creatos,* Nullis *à Deo peccandi necessitate[m] imponi,* Neque *à Deo ad salutem invitari quenquam cui salutem omn[i]no non dare decreverit.* Quanquam *verò in Academijs, eruditorumq[ue] hominum & verbi divini interpretum conventibus solent (vti nos qu[o]que permittimus) de sensu eorum sacræ scripturæ locorum, in quibus [de] Prædestinatione & quæ cohærent agitur, colloquia institui, vnde accid[e]re potest, vt diversi diversa sentiant, quod & olim & nostro hoc sæc[ulo] viris doctis piisque evenit: nolumus tamen disputationes profundior[es] quæ contrà sententiam iussionemq; nostram extrema illa atque absurd[a] quæ imputari quibusdam ante diximus, post se trahunt, publicè au[t] suggestu aut aliàs apud populum proponi.* Qui *verò in locorum ante [di]ctorum explicatione supra nec docent nec sentiunt, quam à* Deo *omnip[o]tente ab æterno ad salutem perpetuam electos pro benevolo affectu v[o]luntatis ipsius fundato in* Iesu Christo *Redemtore ac* Servatore *nostro [,] qui per impromeritam gratiam &* Spiritus *sancti operationem in* Iesu Christum Dominum *nostrum credunt, & in fide per similem impromeritam gratiam ad finem vsque perseverant: contrà verò ad damnationem reiectos eos qui in* Iesum Christum *non credunt, & in incredulit[ate] ad finem perseverant; hos nolumus molestiam pati, aut vrgeri vt sup[ra]*

docea[nt]

doceant aut sentiant; quum eam ipsam docendi formam iudicemus ad salutem sufficere, & ad Christianam instructionem esse idoneam. Imperamus prætereà omnibus Pastoribus, vt in cæteris Christianæ doctrinæ capitibus ea vtantur explicatione, quæ consentiat cum verbo Divino, cumque his quæ per Ecclesias Reformatas paßim recepta, & quæ his convenienter in Reformatis harum regionum Ecclesiis, quas nos hactenus sustentavimus, defendimus, educavimus, nunc etiam sustentamus, defendimus & educamus, tradita fuêre. Vtque se porrò ad Christianam charitatem, concordiam, ac bona exempla componant, iuxta priora decreta, quo vlteriora dißidia evitentur. Quoniam ita faciundum ex re publicâ & Ecclesiæ, & ex vsu ac tranquillitate populi censemus. Mense Ianuario Anni cIɔ Iɔ cxiv.

Decretum Ord. Transysulanæ Prov. ad pacem quid iubeat.

Post hæc etiam Transysulanæ provinciæ civitates turbare cœpit quorundam inconsulta temeritas, & super iisdem quæstionibus non minus segniter hîc quoque æstuatum. Quare & hujus provinciæ Rectores tranquillitatis publicæ studiosi in Decretum descenderunt, in quo à fervidis illis & polemicis apud populum digladiationibus circa hæc ipsa capita, abstinere jusserunt suarum ditionum Pastores, non tamen prohibitâ modestâ, sobria & religiosa de his ipsis dissertatione. Et certè si quis præsentem cum Reip. tum Ecclesiæ in hisce regionibus faciem intueri & patriæ Rectorum, ac variantes quoque sententijs, judiciis, consiliis Ecclesiastarum animos observare volet, fateri necesse habet, nullum idoneum magis compescendis primum conflictantium partium motibus, inde conciliandis sensim partibus remedium inveniri posse.

Keckermannus: *In dissensionibus de religione non patiatur princeps certamina publica nimis invalescere, præsertim pro suggestis & ad populũ.* Syst. polit. pag. 524.

Atque hæc ferè ea sunt, quæ toto horum dissidiorum tempore inter Ordines tum Generales, tum particulares & Ecclesiasticos in Remonstrantium & Contra-Remonstrantium causa acta sunt. Nunc judica Vir clarissime, quam non simplici, aut non satis de rerum nostrarum historia edocto animo affirment Zelandi, ab Illust. Generalibus Ordinibus aut repulsam passos Ecclesiastas, aut in exspectatione Synodi Nationalis detentos fuisse, & vti in Epistolæ suæ fine ajunt, *magis Remonstrantium causæ favere* Magistratus. Enimverò, qui citrà alterius partis oppressionem, patriæ & Christiani gregis paci consultum volunt, nec in vnius gratiam aliam damnant, immerito in προσωποληψίας suspicionem & culpam vocantur. Tantum etiam abest, vt in convocanda Synodo Nationali difficiliores se præbuerint Generales Ordines, vt potiùs

Respectus personarum.

eam haberi permiserint, & etiam nũc haberi facilè permissuri sint, modo ea ipsorum hic agnoscatur potestas, quam ex Dei verbo, perpetua Ecclesiæ Judaicæ, necnon Christianæ (ex quo Imperatores Christiani esse cœperunt) praxi, sibi competere edocti sunt, quamque in simili negocio exercent Britanniarum Rex, Germaniæ principes orthodoxi, Helveticarum civitatum ordines, Senatus Genevensis, aliaque Hierarchiam Romanam desueta imperia. Verum hic Rhodus, hic saltus. Contendunt enim hi Contra-Remonstrantium ὑπασπισταί, *Etiamsi compertum esset, libellum istum (quo Decretum Ordinum de componendis dissidiis scripturæ loci variisque testimoniis comprobatur) plane ad pacem comparatum esse tamen istiusmodi esse, vt à fidelibus Dei Pastoribus recipi non debeat. Ordines de prophetijs iudicando quod Prophetarum est sibi arrogare, ordinis ideoq; divini esse perturbaturos. Non esse Magistratus circa Ecclesiastica leges ferre, sed à Deo latas cum Ecclesia tota accipere. Involare in aliorum iura Magistratum quoties moderationis formulas concipere aut ortas in Ecclesia controversias citra Synodum componere in animum inducit.* Et ejusdem commatis quamplurima Quare non de habenda Synodo Nationali, sed modo eam habendi, & Illust. Ordinum, tanquam summarum Potestatum, in illâ partibus controversia est. Et hic aut nimia curiositate, aut ignorantia, aut opprimendi nos studio peccare Fratres arbitramur, & impetratæ Synodi fructum, partim inepta illa de Recognitione Confessionis Belgicæ & Catechismi cavillatione, partim seriâ illâ quidem & maximi momenti, verum Ecclesiasticis indignâ de Primatu in Ecclesia contentione, intercidere. Quanquam verò periclitante Ecclesiarum salute ab omni ævo hic obtinuerit mos, Synodum puta convocandi, sive ea Oecumenica, sive Nationum, sive provinciæ alicujus fuerit, & ex harum consilio subnatis malis quæsita sint a Imperatoribus remedia, tamen nec absolutæ necessitatis hoc esse vt fiat, rationibus firmissimis doceri potest; & sæpissimè summe Magistratus citra Synodum de rebus Ecclesiæ disposuisse superiorum ætatum exemplis abundè comprobatur. Sed finem nos faciamus tam prolixæ narrationis, in quam nos pertraxit injusta Illustrissimi Generalium Ordinum consessus criminatio, quam apud exteros, qui vel fama, vel scriptis res nostras accipiunt fidem inventuram minime credimus, modo hæc nostra vtroq; oculo legere dignabuntur. Interim Delegati VValachrorum malo tam iniqu

Vindices veritatis Vide querelam litt. KKK. Item Christ. & modest. Declarat. pag. 284.
Sibr. Lubb. præf. ad Archiepisc. præfixa Commẽt. ad errores Vorstij p. 25. Christiana & modesta declaratio etc pag. 32.
Resp. ad tres quæst pag. 26. 31. 32.

Magistratui licet etiam citra Synodum de rebus Ecclesiæ dispone re.

iniquæ accuſationis omine primam hanc Epiſtolæ ſuæ partem reddiderunt inauſpicatam.

Duo adhuc ſuperſunt in eadem Præfatione, quæ, quoniam ex obliquo nos feriunt, carptim delibabimus. Primùm querela eſt de *immodica prophetandi libertate, qua multi immodicè laſciviant, & petulcis contentioſorum hominum mentibus audaci libidine impulſis contumelioſè traducendi, tum doctrinam, quæ hactenus magno cum fructu in Eccleſiis ſonuit, tum Doctores, quos maiorum noſtrorum ætas renatæ veritatis fortiſſimos aſſertores habuit*, deque iis, quæ hinc enaſcuntur incommodis. Quâ oratione ſi nos deſignant, in quos hæc crimina magna contentione Contra-Remonſtrantes conferre ſolent, nec veraciter ſatis, nec civiliter loquuntur. Prophetandi libertatem, quam toties Apoſtoli commendant, iis limitibus circumſcriptam volumus, vt à temerariâ quidvis in Eccleſia Dei privato ſenſu effutiendi innovandique libidine ac licentia quam longiſſimè diſtet. Nec tamen eam paſtoribus & SS. Theologiæ Doctoribus libertatem ademtam velimus, vt de iis, quæ nec cum Catholica totius Eccleſiæ fide, nec cum Confeſſionum Reformati orbis Harmonia pugnant, ſententiam in Eccleſia aut Schola dicere non liceat; aut etiam de iis, quæ cum illis pugnare credant, in liberâ Synodo modeſtam & religioſam inſtituere diſquiſitionem: et ſi retractandum aliquod dogma ſuaſerit fortior ratio, didiciſſe ſe fateatur Eccleſia, & in melius mutaſſe ſententiam; ſin errori potius patrocinium quæri compertum fuerit, errori prudenter & erranti occurratur. Doctrinam, quæ hactenus magno cum fructu in Eccleſijs ſonuit, tantum abeſt, vt contumelioſe traducamus, vt potius qua voce, qua ſcriptis ejus veritatem, neceſſitatem, ſanctitatemque acerrimè tueamur. Aut ſi Prædeſtinationis doctrinam innuunt, eam à quibuſdam magno cum infirmorum offendiculo, religionis noſtræ indelebili infamia & pietatis incredibili jacturâ tractari indies experimur, vt nobis tacentibus vel ipſi templorum parietes pro Creatoris ſui gloria locuturi nobis eſſe videantur. Nec tamen diffitemur ea moderatione, prudentia & religione quoſdam in hoc argumento verſari, vt doctrinam ipſorum reprehendendi, nedum traducendi, nedum contumelioſe, nec occaſio nobis ſit, nec voluntas, nec poteſtas. De Eccleſiarum Doctoribus, quos ſuperior ætas religionis reſtauratæ aſſertores acerrimos habuit, ita ſentimus, vti de viris ſanctis & eximiis dotibus præditis par eſt, nec tenebras offundimus vllius gloriæ ac

Querela VValachrorum de immodica prophetandi libertate an iusta ſit.

existimationi. Et vt fateamur plurimum iis esse deferendum, ita non accipimus legem, ne liceat post illos aliquid exactius invenire, aut ab eorum suffragio ad legem Domini & vtriusq; testamenti tabulas ἀναμαρτήτους provocare. Incidit tamen occasio, vt illorum de Prædestinatione sententiam subinde referre necesse sit, adeoq; crudas valde quorundam & minime religiosas assertiones improbare, quod si Doctoribus istis licuit in Patrum, Chrysostomi, Hieronymi, Tertulliani aliorumque scriptis, quid ni & nobis liceat in horum lucubrationibus?

Impeccabiles Gellio.

Alterum est, *quod iactari in vulgus* scribant, *Theologos quosdam exterarum Nationum, quæ Reformatam religionem nobiscum profitentur, controversias nostras* (*quod tamen* ipsis *verisimile non fit*) *leviusculè ponderare, quasi parum referat in vtram partem aliquis iudicium inclinet: aut certè citra fidei iacturam tolerari posse sententiam eorum, quos apud nos vulgò Remonstrantes indigitant: Quinimo famam hanc apud ipsos manasse, iam hoc meditari Remonstrantes, vt scriptionem instituant ad omnes dignioris notæ Theologos, quâ sententiam ipsorum de nostris controversiis explorent, idque saltem obtineant in Reformatis Ecclesiis, salvo fidei fundamento opinionibus suis locum esse posse.* Quæ verba cujus nõ animo hanc ingenerent opinionẽ, ita de quæstionibus inter nos dubijs judicare VValachros, vt citra fidei jacturam & salvo ejus fundamento sententiæ nostræ locum in Ecclesiâ esse non posse censeant. Quid enim? Verisimile ipsis non fit exteros Theologos secus judicaturos. Cur? nisi quia ipsis aut verisimile aut persuasissimũ sit, gravius ponderanda esse hæc disceptationum nostrarum problemata. Si tamen hic nos fallat nostra συλλογὴ, ita statuant velimus fratres VValachri, & statuat R. T. non solum exterorum Theologorum aliquot, sed & prisci ac superioris ævi quotquot fuêre, concors fuisse judicium, hæc ipsa de Prædestinatione ἐρωτήματα perplexa, spinosa & obscuritate sua molestissima citra salutis detrimentum aut ignorari posse, aut ἀντιπάλοις λόγοις examinari. Cui rei firmandæ vel hoc solum argumentum suffecerit, quod in nullo vnquam Concilio sive vniversali sive particulari adstructa fuerit hujus doctrinæ, prout ea à Contra-Remonstrantibus decisa est, ad fidem salvificam necessitas, aut prout ea à nobis definitur damnata fuerit veritas. Hæc mens Regis Britanniarum, nuper quoque Isaaci Casauboni fuit. Idem quoque esse I. Piscatoris, P. Molinæi, D. Paræi, exercitatissimorum Theologorum judicium, ex scriptis ipsorum & Epistolis manifestum

VValachri de controversis quæstionibus quid videantur iudicare

Collectio.

Quid Theologi tum prisci tum superioris ævi etiã eius quod iam vivimus de ijs iudicent.

Quæsita.

Adversariis rationibus.

nifestum est. Ita Calvinum, ita Melanchthonem sensisse nullus dubitabit, qui ipsorum Epistolares super his capitibus diatribas, & alterius de altero pia & Christiana judicia, arctissimæ inter ipsos concordiæ & fraternæ charitatis indubitata signa expenderit. Augustinum ejusque sectatores quid commemoramus, qui tantum in formando Prædestinationis decreto à prioribus Patribus abijt, quantum ab Augustino ipso nunc abeunt Contra-Remonstrantes. Nec tamen illos fidei naufragium fecisse, judicatum fuit unquam. A quorum judicijs si recedant Walachri, certè novum & periculosæ plenum aleæ errorem errant, quo deplorandæ Ecclesiarum nostrarum diremtioni jus dabitur, & postmodum vel nobiscum, vel cum Lutheranorum Ecclesiis coëundi spes omnis decollabit. Tacemus alia, quæ Remp. hanc manent incommoda, quæ deprecari à Deo Opt. Max. satius putamus, quam cum nostro & eorum omnium, qui imperij hujus felicitatem non invido oculo intuentur, dolore, exteris nota facere. Scriptionem ad Ecclesiarū Doctores quoslibet instituisse Remōstrantes vanus rumor ad VValachros detulit, quanquam si verum hoc foret, nec hoc ipso quicquam peccatum à nobis fuisset, quum eorum, quos unius fidei nobis jungit sacrosancta copula, judicia in re religionis dubiâ exquirere, & consilia efflagitare, nec patriæ lex, nec Dei ipsius vetet.

Rumor de scriptione Remonstrantiū ad Ecclesiarum Doctores vanus.

Et hactenus præfati satis ad præfationem videbimur.

Nunc ad illud, quod præcipuè agitur, nos conferimus, hoc est, ad status Controversorum thematum Examen. Rectè VValachri *nihil turbamenti gravioris obijci rectæ Iudicationi posse* judicant, *quam status rei controversæ imperfectam ambiguamve iudicationem.* Ignorantia enim Iudicis, uti Augustinus ait, plerumq; est calamitas innocentis. Sed quam in hujus nostræ Controversiæ expositione à vero sæpè aberrent, quam non raró vel studio (quod absit credamus) vel supina ignorantia errent, quam præter Theologicam synceritatem & charitatis officium ea in nos devolvant dogmata, quæ plus millies execrati sumus, nunc commonstrandum erit. Quod dum fit R. T. rogamus, ne minorem nobis in defensione nostri, quam fratribus VValachris in accusatione fidem habere velit.

De Civ. Dei lib. 19.

In controversiarum expositione ut se gerant VValachri.

In duos ordines & classes Controversias omnes dispescunt. Primus illas habet, quæ quinque Articulis comprehensæ sunt, & de quibus coram Holl. Ordinibus Colloquium institutum fuisse supra

Dispescunt omnes in duas Classes.

pra

pra diximus. Capita, sive loci capitum inquiunt VValachri hæc sunt: de *Prædestinatione*, de *Morte Christi & liberatione per eam præstitâ*, de *Corruptione hominis & libero Arbitrio*, de *Operatione salvificæ gratiæ*, de *Perseverantia sanctorum*. Alter eas continet, *quas indies ex immoderatâ disputandi licentiâ natas in vulgus paulatim se insinuare, quibusq; incredibilium malorum seminaria succrescere perhibent.*

Verum, priusquam quid in priorum Controversiarum recitatione desideremus, planum fiat; hoc mirari subit, cur potiùs illarum status ex suo ingenio & placito formare maluerint VValachri, quam ex apertâ & planâ hinc Remonstrantium, inde Contra-Remonstrantium confessione? Cur non iisdem & totidem illam verbis transcribunt, prout in Collatione Hagiensi Colloquentium vtrinque manu exarati, subsignatique Ill. Holl. Ordinibus exhibiti sunt? Quid attinet decerptis desultoriè ex Hagan colloquij adversarijs scriptis, aliquot periodis, iisque truncatis & & mutilatis sæpè, nonnullis etiam ad invidiam selectis, sententiam nostram enunciare, quam ipsi nos optimi nostrorum conceptuum interpretes ad vivum resectam oculis lectorum subjecimus? Frustra contradictorios articulos fingunt, formant, cudunt cum disceptationis apices & momenta vtraque pars eâ quâ potui fide diligentiaque expresserit. Formentur à doctoribus status, vb de statu inter indoctiores ambigitur. Nota nobis sic satis sunt quæ stionum puncta & cardines. Neque enim tam diu in hoc circ decertasse putandi sumus, ignari adhuc τῶν ἠμφισβητημένων, sa gittariorum istorum instar, qui, quem scopum feriant, nesciunt Quorsum ergo hæc Fratrum περιεργία & supervacua operosita de nova status formatione? nisi vt vel involvantur denuò amba gibus controversiæ, vel quæ nostra est de his rebus opinio, odios narratione legentibus invisa suspectaque reddatur. Quin potiu hoc egisse debebant, vt Remonstrantes ex suo ore, & Contra-Re monstrantes ex suo loquentes audirent exteri Doctores, ne ve horum dogmata favorabilius, illorum invidiosius proposuisse vi deri possint.

An rectè fecerint quod pro suo arbitratu priorum controversiarum status formarint.

Rerum controversarum

Deinde cum Remonstrantium Contra-Remonstrantiumqu hic vtamur vocibus, veniam ab æquitate tua precamur harum ap pellationum, quibus fraternitatis Christianæ & concordiæ Eccle siasticæ jura minimè rescissa volumus, aut fratrum numero secer ni, quotquot hîc à nobis dissentire comperiuntur. Verum corar Deo cordium nostrorum inspectore obtestamur, nos non sine ir

Appellationes Remonstrantium & Contra-Remonstrantium excusantur.

gen

genti animi tristitia hisce factionum & schismatum tesseris vti, quibus tamen tamdiu vti cogemur, donec vel idem sentientibus nobis, vel invicem fraternè tolerantibus, nominum istorum cessabit invisa meritò & exosa necessitas.

Sed quid malè constitutos Controversiarum status restituere vltra moramur? Prima est de Prædestinationis decretis, quibus salutem his, alijs æternam damnationem adscripsit Deus. De quibus nostram primò, mox suam sententiam exponunt. Nos vt & plenior & accommodatior ad singula sit responsio, Epistolam membratim resecabimus, &, quod vel ad correctionem vel ad illustrationem rei facere videbitur, adnotando, reliqua, quæ vera sunt & nos suffragantes habent, prætervehemur. Sic ergo VValachri:

Prima Cõtroversia de Prædestinationis decretis.

De PRÆDESTINATIONE *sententia Remonstrantium (quo nomine intelligendi qui Arminium sequuntur) hunc in modum habet. Deum æterno atque immutabili proposito in Iesu Christo, ex corrupto hominum genere, quos per Spiritus sancti gratiam in Christum credituros, atque in hac fide ad finem vsque perseveraturos prævidebat, per eundem Christum servare decrevisse: quos verò impœnitentes ac incredulos mansuros ab æterno prævidebat, ceu alienos à Christo in peccato, iræque subiectos relinquere ac condemnare. Ex adverso eorum, qui Contra-Remonstrantes vulgò nominantur & veteri receptæq; Ecclesiarum nostrarum Confeßioni hærent (in quibus nos nomina nostra profitemur) sententia hæc est: Deum ab æterno secundum beneplacitum immutabile voluntatis suæ, aliquos ex corrupto hominum genere mera benignitate in Christo Iesu segregatos, eiusdemque beneficio, quando ipsi liberet, fide ac regenerationis Spiritu donandos, servare decrevisse, ad laudem gloriosæ suæ gratiæ: reliquis vero arcano iustoque iudicio præteritis, & in peccato relictis, propter hoc ipsum peccatum inferre damnationis pœnam, ad tolerantiæ iustitiæq; suæ declarationem.*

Verba VValachrorum quibus sententiã Remonst. & Contra-Remonstrantiũ de ijs proponunt.

Ad quæ distinctè hæc respondemus. *Primò* Remonstrantes, licet Arminium se sequi, hoc est, in his capitibus eandem quam ille, sententiam se profiteri ingenuè fateantur; tamen non vsque adeò in ejus jurasse verba omnia & placita, vt vel ab ipso dissentire alicubi, vel exactius quiddam proferre, etiam quoad has controversias religionem ducant. Etenim sola Prophetarum ac Apostolorum sacrosancta illis est autoritas & indubiæ fidei, horumque dictis mordicus adhærescere, hos sequi doctrinæ cœlestis & saluti-

Resp. 1.

Remonstrantes non iurasse in Arminij placita.

E ferae

feræ religionis præceptores, nec latum ab horum oraculis vnguem recedere velle, verè Christianorum arbitrantur. Arminio vti fidem suam non debent, ita nec animi sui sensa omnia de rebus fidei illi gratificantur. Hic tamen, vbi de Prædestinationis doctrina agitur, Arminio se suffragari non inviti agnoscunt, sed non illi solum, sed & quotquot olim fuêre Patribus, qui quidem secundum præscientiam fidei in his, infidelitatis ac inobedientiæ in illis hæc ipsa Electionis & Reprobationis decreta à Deo instituta esse scriptis suis prodidêre. Suffragamur hic P. Melanchthoni, cujus hasce Theses ex Corpore doctrinæ excerptas Marpurgi defendit Georgius Sohn. SS. Theologiæ Doctor; Thes. 6. *Nec ex ratione nec ex lege iudicandum est de Electione, sed ex Euangelio,* 7. *Totus numerus salvandorum propter Christum electus est,* 8. *Non alia iustificationis, quam electionis causa est,* 9. *Vt, cum de iustificatione loquimur ab Euangelio ordimur: sic de electione dicturi à cognitione Christi & Euangelio ordiri debemus,* 10. *Euangelium enim continet promissionem, in quâ voluntatem suam expressit Deus,* 11. *Nec alia voluntas quærenda est extra verbum, sed mandatum Dei est immutabile, vt audiamus filium, sicut dicit, Hunc audite,* 12. *Estque promissio gratiæ vniversalis, vt Ioan. 3. Omnis qui credit &c.* 13. *Nec vniversalis tantum est, sed & gratuita, id est, recipimur propter filium Dei, non propter nostram dignitatem,* 14. *Hinc est, quod Paulus particulam* gratis *sæpe diligenter inculcat,* 15. *Causa igitur Electionis est misericordia in voluntate Dei, qui non vult perire totum genus humanum, sed propter filium colligit & servat Ecclesiam,* 16. *Causa reprobationis est peccatum in hominibus, qui prorsus non audiunt nec accipiunt Euangelium, atque adeò humana voluntas. Nam verissima etiam sententia, Deum non esse caussam peccati, nec velle peccatum Psal. 5. Os. 13. Salutarē ac multiplicem consolationem continet hæc doctrina,* 17. *Prima consolatio est, quæ ostendit nusquam esse Electos, nisi in cætu vocatorum,* 18. *Vocati sunt autem hi soli, qui audiunt, discunt & profitentur Euangelium,* 19. *Secunda consolatio est, quod monet non removendam esse vocationem à consilio Electionis.* 20. *Eligit enim Deus, quia vocare nos ad filij agnitionem decrevit: & eligit obtemperantes vocationi,* 21. *Tertia consolatio est, quod testatur huic vocato & visibili cœtui verè adesse Deum, & in hoc cœtu vocato & visibili efficacē esse, iuxta illud: Quos vocat, hos & iustificat, quos iustificat hos & glorificat.* Ipse quoq; Georg. Soh. Operum suorum Tomo 2. Articulo de æterna Prædestinatione, homini eligenti Deo objicit non corruptos solum *sed & vocatos,* quod ip-

Suffragari hic quidem Arminio, sed & alijs.

Vide Tomo primo operum Georgij Sohnij Thesiū Theologicarum ab ipso in schola Marpurgensium defensarum disputationem XII. de Prædestinatione à Thesi 6. ad finem vsque.

ſum & ab aliis Reformatę religionis Doctoribus aſſertum conſtanter. Quod monuiſſe operæprecium putavimus, ne quis D. Arminium primum hujus ſententiæ fabrum fuiſſe ſibi perſuaderi patiatur, & vel ſolo novitatis nomine deterritus à ſeria veritatis inquiſitione animum avertat.

Deinde in Prædeſtinationis ex noſtrâ ſententia definitione, quanquam quod reprehendi à nobis poſſit non occurrat quicquam, tamen, vt dilucidior ſit rei veritas, quatuor hæc diſtincta & ex ordine decreta Dei hîc conſiderare ſolemus: II. *Remonſtrantium ſententia vt dilucidior ſit, quatuor diſtincta decreta conſideranda.*

Primum eſt, quo Deus miſereri volens generis humani in miſeriam prolapſi, ſi quâ per juſtitiam & veritatem ſuam, quas adverſus peccatorem declarari erat convenientiſſimum, fieri poſſet ratione, ex ſapientiæ ſuæ præſcripto decrevit, Filium ſuum piacularem victimam hominibus dare, quò peccatum morte ſua aboleat æternamque denuò redemptionem ſanguinis ſui merito impetret, etiam jus obtineat impetratam ſalutem homini potenter conferendi. *Primum,* de mittendo Christo.

Ab hoc Filio Ieſu Chriſto & gratioſo Patris in peccatorem affectu, vti in exequendo Redemtionis negocio fit, ſalutis quoque noſtræ ab æterno præordinatæ caput, fontem originemque arceſſimus. Neque enim ἀμεταμέλητον illud de conferenda actu ſalute propoſitum, Deo ratum fuiſſe credimus, niſi præmiſſo à ſapientia divina Decreto, quo juſtitiæ ob peccatum commiſſum ſanguine Mediatoris conſuli voluit. *Non pœnitendum.*

Secundum Decretum eſt, quo Deus infirmata jam per carnem lege & abrogato Fœdere primo, ex ſapientiæ ſuæ præſcripto decrevit actu ipſo in gratiam recipere & ſalute donare, quotquot in Ieſum Chriſtum vera & per charitatem efficace fide ad vitæ vſque finem eſſent credituri: eos verò ſub ira derelictos damnare, qui impœnitentes in infidelitate ac peccatis ſuis eſſent perſeveraturi. Quod Decretum ſicuti præcedens illud exigebat, ita ſequenti neceſſitatem dedit. *Secundum,* de salvandis fidelib.

Eſt autem illud tertium, quo media ad fidem & reſipiſcentiam neceſſaria eo ordine, ijs gradibus, eo gratiæ ſufficientis demenſo ea efficacis virtute conferre propoſuit, prout ſapientia ad reddendum hominem ἀναπολόγητον & declarandam ſeriam Dei in convertendo quolibet homine voluntatem abundè ſatis fore judicavit. *Tertium,* de medijs nrijs *Inexcuſabilem.*

Quibus Decretis naturæ ordine (neque enim hæc temporibus diſcri- *Quartum,* de salvandis singularib. personis.

discriminamus) præmissis, non potuit non subsequi quartum illud, cujus hîc mentionem faciunt VValachri, de salvandis ijs sigillatim, quos per Sp. sui gratiam in Christum credituros atque in hac fide ad finem vsque perseveraturos prævidebat, ijs verò à salute arcendis, quos impœnitentes incredulosque ad vitæ terminum fore præsciebat. Hoc siquidem Decretum præsupposita fidei & infidelitatis præscientiâ sub secundo tanquam singulare sub suo vniversali subsumitur, & ex eodem consequentiæ necessitate infallibili deducitur.

III. *Elogio hoc, quod Ecclesiarum nostrarum Confessioni hic adhæreant, immeritò à VValachris donari Contra-Remonstrantes.*

Tertiò, dum oppositam nostræ Contra-Remonstrantium sententiam proponunt VValachri, insigni illos præ nobis elogio donant. Eos enim *veteri receptæq; Ecclesiarum nostrarum Confeßioni hærere* ajunt; planè ac si Remonstrantes veteri receptæque Ecclesiarum nostrarum doctrinæ contradicere in confesso esset. Consulatur ipsa Confessio. Ea trigenta septem Articulis constat. At nullus eorum de Prædestinatione decîdit. Decimus sextus Articulis titulo *AEternæ Dei Electionis* venditatur, sed perperam. Totu[s] siquidem agit de declaratione misericordiæ & justitiæ divina[e] quæ in tempore fit; illius, quosdam liberando, hujus, alios in la[]psu & perditione derelinquendo. Tantum hac occasione & ve[]lut per παρένθεσιν *eos damnatione & interitu liberari & servari* dici *quos in æterno suo consilio pro gratuitâ sua bonitate in Christo Iesu Do[]mino nostro elegit Deus absq; vllo operum suorum respectu.* Vbi nota[re] velimus 1. de reprobatione ab æterno facta ne verbulo quide[m] agi, de Electione non nisi in transcursu. 2. ab Electione exclu[di] operum respectum, non verò fidei, ideoque nos hæc ipsa Artic[u]li verba pro veris agnoscere. 3. de mente verborum istorum (qua fortè alia esse debeat) nobis nec ex autorum istius Confessi[o]nis testimonio, nec ex Ecclesiarum nostrarum voce constare po[s]se, cum qui illi incertum nobis sit, hæ verò nunquam super isto[]rum verborum interpretatione consultæ auditæque fuerint. Qu[in] etiam non levia firmandæ sententiæ nostræ argumenta ex ipsis il[lis] verbis deduci posse probabile nobis est. Si enim in Christo elig[e]re, est propter ejusdem meritum quosdam salvare velle, salva[re] autem non velit (voluntate puta consequente) Deus nisi fidel[em] vtique nec in Christo eligitur, nisi fidelis, qua talis. Amplius pro gratuita sua bonitate eligit Deus peccatorem, gratia aute[m] operibus legis scripturis, non fidei opponatur, imò ideò ex gra[tia] obtingat salus, quia ex fide, disertè enim Apostolus: διὰ τοῦτο

Ideo ex fide vt sit per gratiam. Rom 4. v. 16

πίστ

πίστεως, ἵνα καλὰ χάειν, quid vetat hîc Electorum ex gratia, ſive ex gratuita bonitate, nomine, fideles intelligere? Præterea, quomodo hac in parte veteri receptæque Eccleſiarum noſtrarum Confeſſioni hæreant fratres VValachri, minimè videmus. De Reprobationis decreto in Confeſſione altum ſilentium; in Walachrorum Epiſtola explicata ſententia. In Confeſſione (excutiatur attentè Articulus) Electionis objectum non determinatur, at in VValachrorum verbis Deus dicitur ſervare decreviſſe, hoc eſt elegiſſe aliquos *ex corrupto hominum genere, in Ieſu Chriſto ſegregatos, iuſdemq́ beneficio quando ipſi* libebit *fide ac regenerationis ſpiritu donandos.*

Quartò, deſcriptio ipſa ſententiæ Contra-Remonſtrantium de ɔrædeſtinatione, nec mentem illorum fideliter, nec dilucidè exɔlicat. Non fideliter, quia objectum Electionis hiç ſtatuuntur ɔeccatores in lapſu conſiderati. At vnde conſtat VValachris hanc ſſe Contra-Remonſtrantium ſententiam? quum vno ore in Colatione Hagienſi directam ſuper hac re reſponſionem detrectaveint, imo ne, quid de objecto Electionis ſentirent, declarare neeſſe haberent, libello ſupplice apud Holl. Ordines contenderint. ed mirum quam hic judicijs diſcrepent VValachri & Contra-Remonſtrantes. Illi ſe & Contra-Remonſtrantes Confeſſioni ɛelgicarum Eccleſiarum hîc hærere teſtantur. Hi quæſtionem de Objecto Electionis in ea *non decîdi* ajunt, ſed *Confeßionis & Catehiſmi limites excedere,* ideoque paſſim in Adverſarijs ſcriptis Colɑtionis Hagienſis anxiè cavent, // ne Electionem ex genere humano corrupto factam dicant, aut peccatores Electos eſſe. Quin otius ex adverſo nobis conſtat, primarios Contra-Remonſtranum, cum Calvino, Beza aliiſque, Electioni ſubſternere hominem on in lapſu conſideratum, ſed vt condendum, adeoque creatioem & lapſus permiſſionem, vt media exequendi decretum Præeſtinationis vtriuſque ad vitam & ad mortem intueri: vti ἐν τοῖς ϕεξῆς docebitur.

IV. *Deſcriptionem ſententiæ Contra-Remonſtrãtium à VValachris non explicarĕ fideliter.*

Vide Collat. Hagienſ. pag. 48. verſionis Bertij.

// At vero dicunt. Bert. Deum ex hac c[illegible] [illegible] traxiſſe et libe[illegible] certum quendam homi[illegible] numerum. [illegible] lin.

In ſequentibus.

Deinde cum non ſolum Electionis, ſed & Reprobationis decreɪm definiant, non ſatis ſe controverſiarum noſtrarum gnaros ſſe oſtendunt, imò in re manifeſtiſſima cœcutire. In Collatione quidem Hagienſi de reprobatione diſputatum non fuit, ſubterɪgientibus hujus quæſtionis invidiam Contra-Remonſtrantius, vt quorum alij peccati ac lapſus intuitu, alij citra vllum laſus, nedum ſubſecutæ infidelitatis intuitum hominum maxi-

mam partem reprobatam à Deo crederent. vt tertiùm jam reprehendenda sit fratrum VValachrorum incuria, aut ἀμβλυωπία potius, dum veluti vnanimem Contra-Remonstrantium consensum exteris Theologis aperturi, reprobationis ab æterno factæ causam peccatum assignant.

Hebetatio.

Adhæc quanta hic decretorum diversissimorum confusio? Distinctum hactenus fuit inter decretum, quo salutem ipsam, vt hominis finem, & inter Decretum, quo fidem, vt medium obtinendæ salutis, conferre voluit ὁ δωρεδότης Deus. At posterius, eodem, quo in Coll. Hagiensi, errore Contra-Remonstrantes, priori includunt VValachri, ac si vno eodemque decreto salutem & fidem largiri decrevisset Deus. Præposterè sanè. Si enim, vti ipsorum habet sententia, Deus ideò fidem dare vult quibusdam, quia ipsos elegit, adeoque hæc Electionis est effectum, consequens & fructus, vtique eodem & salvare suos & fide donare decreto voluisse non potuit, nec absolutæ istius Electionis ad salutem descriptionem, fidei quoque donationem ingredi fas erit.

Donorum largitor.

Iam verò nec dilucidè satis controversiæ hujus statum explicant. Tanta enim in his phrasibus: *In Iesu Christo segregatos: in peccato relictis; & propter hoc ipsum peccatum inferre damnationis pœnam* sensuum est ambiguitas, vt eam quoque admittant interpretationem, qua admissâ à priore Remonstrantium sententia vix differa hæc ipsa VValachrorum de Prædestinatione declaratio. Si enim i *Iesu Christo segregati* intelligantur efficaci vocatione segregati, qu certè alij non sunt, quam fideles; idem quod nos dicunt, nimi rum Deum certas personas fideles ex corrupto genere servare de crevisse. Sed repugnabunt huic interpretationi proximè sequen tia verba, *eiusdemq; beneficio fide donandos.* Sin verò, *in Iesu Chris segregati*, exponantur, propter Christum Electi & reliquo homi num ordini exemti, rursus nobiscum faciunt, qui neminem pro pter Christum eligi posse putamus, nisi fide in eundem Christur circumscriptum. Sed tunc primò nugatio insignis erit in hac de creti descriptione. Dicetur enim Deus servare decrevisse propte Christum Electos, hoc est, quos servare decrevit. & secundo, præ cedaneum decreto Electionis dabitur fuisse decretum de dand Mediatore Christo. Aut si, quod solum superesse potest, per se gregatos in Jesu Christo, intelligant eos quos Deus per Christur tanquam subordinatum Electionis executioni medium, vti loq solent Contra-Remonstrantes, in tempore segregare constitui jan

Nec satis dilucidè.

[t]am quamvis à nobis dissentire incipiant, peccatum ab ipsis nihilominus erit. dicendum enim tunc fuerat, in Iesu Christo segregandos servare decrevisse Deum, non autem segregatos. Versent se in omnes formas VValachri, nunquam se hac phrasi sine incommodo expedient. Aut enim suæ & Contra-Remonstrantium sententiæ dissentaneam, aut nostræ consentaneam dabunt expositionem. Porrò Alterum illud, *in peccato relictis & propter hoc ipsum peccatum damnationis inferri pœnam*, non minus ἀμφίβολον est, & dubiam reprobationis causam assignat. vel enim peccatum primum, quod omnium hominum in Adamo consideratorum commune fuit, innuitur; vel præter hoc nova contumacia & infidelitas. Sin primum, dissentientes nos, sin posterius consentientes habent.

non seq.

Ambiguum.

Nunc quæ *Dissensionis* in hac ipsa controversia *insigniora capita* objiciant carptim, excutiamus. Illa sunt de causa Prædestinationis προηγουμένη, ejus objecto, de fide quatenus inter Electionis ἐχόμενα recensetur, de vocatione.

Dissensionis in hac controversia insigniora capita.

Primo (inquiunt) *controvertitur de causa Prædestinationis* προηγουμένη, *An hæc rectè statuatur solum voluntatis divinæ beneplacitum, Nostri aiunt. Adversarij, licet verbis affirmare videantur, reipsa tamen negant. Volunt enim fidei & infidelitatis prævisionem, decretum Prædestinationis ordine antegressam esse. Quin apertè scribunt, Decretum Dei de servandis quibusdam & alijs condemnandis, præscientiæ eius, qua ab æterno scivit, quinam credituri & in fide perseveraturi, qui non credituri & perseveraturi essent innixum esse. Vnde apparet in hoc supremo prædestinationis decreto, nullam absolutam voluntatem ab ipsis statui, sed conditionalem tantum, à causis medijs, longeq; & ordine & tempore posterioribus dependentem, nec describi ab ijsdem decreti, sed executionis propositum, in iustificandis fidelibus, reisq; pronunciandis incredulis consummandum, quod certè absoluta Dei voluntas de servandis quibusdam, aliisque prætereundis ordine antecessit. Agnoscunt quidem nostri, sic Deum aliquos elegisse ad vitam æternam perducendos & reliquos præteriisse in morte deserendos, vt simul intuitum habuerit, tum in gratiam suam, per quam illis indebitam gloriam conferret, tum in voluntariam hominis defectionem & pravitatem, propter quam istis pœnam debitam inferret: sed intereà cur non omnes elegerit gratuitò servandos, sed aliquos præterierit iustè puniendos, causam in solo eius beneplacito absconditam esse dicunt.*

Impulsiva. *Consequentia.* *Impulsiva.*

Verba VValachrorum quibus proponunt controversiã de prædestinationis causa προηγουμένη

Decl. sent. Iac. Arm. pag. 47 Collat. Hag. pag. 119. Resp. Iacob. Arm. ad art. 31. artic. 4.

At-

At non minus hic à recto Controversiæ statu abertatur. Neque enim vnquam in mentem venit nobis de veritate hujus problematis, An causa Prædestinationis προηγουμένη rectè statuatur solum voluntatis divinæ beneplacitum, ambigere, tantum abest vt vlla hoc Remonstrantium confessione scriptove doceri possit. Ergone contra quam sentimus, loquimur, scribimus, inficiari dicemur veritatem nobis compertam, & rescindere toties agnitam, aut dubitare de re nobis non dubia? Quæ hoc ratio, quæ lex dictat? Sed *vtut verbis affirmant*, inquiunt, *reipsa tamen negant*. Rursum affirmare videbimur, quod locis innumeris ingenuè, dilucidè vividéque profitemur? aut vt controversum negare reapse dicemur, quod non nisi per consequentiam ex dictis nostris elicitur. In qua tandem schola didicêre VValachri Controversiarum capita ex consequentijs formari debere? & quidem istiusmodi, quibus non assenserit adversarius, sed repugnaverit. Hac si nob[is] quoque via insistendum erit, (est autem iniquissima) dicemus inter nos & Contra-Remonstrantes controverti, An Deus sit au[c]thor peccati, an iustus, an sapiens, an bonus, an ἀνυπόκριτος, [&] quæ sunt plura. Ad quorum problematum partem æquiore[m] nostra, iniquiorem (si consequentijs indulgendum) Contra-R[e]monstrantium accedit sententia. Quanquam enim ipsi ingen[u]è quoque vti planè confidimus, confessione, æquiorem se nob[is]cum partem amplecti fateantur, tamen optimâ nos conseque[n]tiâ contrarium evincere posse ex ipsorum concessis non dub[i]tamus. Colligunt Theologi præstantissimi, ex Lutheran[o]rum de Vbiquitate corporis Christi dogmate sequi, corp[us] Christi non esse verum corpus, negari ejus in cœlos ascensi[o]nem, reditum ad judicandum, & quæ alia deducunt co[n]sectaria. Nec quisquam eorum propterea dixerit, cont[ro]verti inter ipsos & nos, An Christi corpus sit verum corpus. [I]dem accidit in disputationibus nostris cum Anabaptistis. Ill[ud] esto controversum problema inter partes diffidentes, cujus af[fir]mativam hæc, negativam altera tuetur, non quod per consequ[en]tiam huius vel illius, vt quæ suspectæ sit fidei, affirmari vel ne[ga]ri videtur. Quare, vt hæc proposito nostro accommodemus, c[um] problematis supra dicti affirmativam VValachri & nos tueam[ur], quicquid illi tandem secus colligi posse putent, nullus hic co[n]troversiæ locus reliquus esse potest, nisi inter affirmationem [&] affirmationem pugnam intercedere velint, aut non contradic[t]i...

De ea non esse controversiā, ostenditur.

Synoerus.

contradicere. Quid, quod vel elumbi prorſus argumēto & conſequentia concludant, negari à nobis impulſivam Prædeſtinationis cauſam eſſe ſolum Dei beneplacitum. Quanquam enim ſtatuamus fidei & infidelitatis prævisionem decretum Prædeſtinationis ordine antegreſſam eſſe, & priori iſti præſcientiæ hoc decretum inniti, necdum tamen evincitur, cauſam impulſivam iſtius decreti non eſſe ſolum Dei beneplacitum. Contra potius, cum ſolius divini beneplaciti ſit ſalvare velle quoſvis credituros, condemnare quoſvis non credituros, nec vlla hujus decreti extra Deum in creaturis cauſſa inveniri poſſit, vtique ſolius quoque beneplaciti erit in ſingularium Prædeſtinatione, quæ ſub vniverſaliore iſto decreto ſubſumitur, Petrum crediturum ſalvare velle, & Iudam non crediturum condemnare. Neque enim hujus decreti cauſa impulſiva eſt, vel fides propriè loquendo Petri, vel Iudæ infidelitas, ſed liberrima Dei voluntas, volentis talis perſonæ misereri, talis non miſereri. Quid, quod ex ipſa Contra-Remonſtrantium ſententia Decretum juſtificationis ſingularium, non ſit niſi fidelium, & fidei preſcientiæ innitatur, nec tamen propterea fidem hujus decreti cauſam impulſivam vnquam dixerint. Cur ergo non eodem modo de Electionis decreto loqui licebit, non eſſe illud niſi fidelium, nec tamen fidem eſſe impulſivam cauſam. Dicamus tamen fidem infidelitatemque condiciones eſſe, ſine quibus nec hunc ſalvare, nec illum præterire ex puro puto beneplacito viſum fuit Deo. Sicut ergo Contra-Remonſtrantes beneplaciti eſſe volunt, quorum individuorum Deus miſertus fuerit, quorum non, ita nos qualium individuorū, qualium non. Vnde apparet, minimè nos abſolutam in Prædeſtinationis negocio voluntatem negare, ſed agnoſcere potius. Abſolutæ enim voluntatis eſſe arbitramur, Decretum illud vniverſale, de fidelibus ſalvandis, infidelibus reprobandis. in quod reſolvi ſemper neceſſe eſt Decretum de ſingularium ſalute & damnatione ex fidei infidelitatiſve præſcientia, quod conditionatum revera eſt, quia ſine harum condicionum præſcientiâ nec decretum de ſalvandis quibuſdam ſingularibus, nec de prætereundis alijs facturus vnquam fuiſſet Deus. Nec hoc ipſo voluntatem Dei à cauſis medijs ordine poſterioribus dependentem facimus, cum fidem infidelitatemque non vt cauſas iſtorum decretorum propriè dictas, ſed vt condiciones à Deo præſcitas conſideremus, ideoque non ordine Decretis his poſteriores, ſed ſecundum rei naturam in Dei mente priores.

Calumnia obnoxia. Et quanquam ἐνδιάβλητος sit illa vox *dependendi*, qua nunquam in hoc argumento vti solemus, tamen si malevolus absit animus, ne ad minimam alicujus absurdi suspicionem trahi potest. Quid, quod ipsi fratres VValachri, dum Decreto Prædestinationis substernunt genus humanum corruptum, illud ipsum dependere faciunt à creatione & lapsu hominis, medijs, si non ordine, saltem tempore tali Decreto longè posterioribus. Neque enim, si nec creationem hominis, nec lapsum præscivisset Deus, Decreta istiusmodi salvandi reprobandive aliquos ex genere humano corrupto fecisse poterat. Et dum Decretum justificandi Electos fidei præscientiam prærequirat, etiam ex illorũ sententia, an non & hic decretum à fide, quæ tempore posterior est, suspenditur? Nihil vetat decretum aliquod divinum prærequirere condicionem, longò licet post tempore præstandam, modo eam ipsam vt præstitam intueatur futurorum etiam contingentium prescia Dei mens. Præterea non describi à nobis Decreti, sed executionis propositum, error est, quanquam ijsdem prorsus qualitatibus vestitos homines & Prædestinati & justificare volenti Deo objiciamus. hoc tamen discrimine; quod Prædestinati, hoc est, Electi vel reprob non sint, nisi in fide vel infidelitate perseverantes, justificati verè dici possint pro tempore credentes, quos eventus reprobos demonstrat, & rei pronunciati, pro tempore non credentes, quos eventus Electos fuisse probat. Interim maximam istorum verborum ἀκυρολογίαν notamus, *à nobis describi non decreti, sed executionis propositum.* est enim propositum decretum & decretum propositum. Deinde decreti quod vocant propositum, est executionis rei cujusdam propositum. Sed hæc levicula sunt, mentem verborum capimus, quæ hæc est: à nobis non describi decretum Electionis, quod est de salute conferenda, sed decretum de modo & ratione exequendi illud Decretum.

Absurditatem.

Nunc porrò controverti inter nos & Contra-Remonstrante scribunt problema, cujus licet nos partem vnam amplexi simus alterã tamen non amplexi sunt Contra-Remonstrantes illi, qui buscum nobis in colloquio Hagiensi disputatio fuit. Ita ajunt

Verba VValachrorum quibus proponãt controversiã de Prædestinationis obiecto.

Secundò hic in controversiam venit, quodnam Prædestinationi obiectum statuendum sit. Nam adversarij contendunt, Deum in decernendo contemplatum fuisse homines, quos eligebat, non modo v iam conversos & fide præditos, sed etiam perseveraturos in eadem fide quos abijciebat, vt impœnitentes & incredulos, aut certè à fide a pro

probitate defecturos, nunquamque ad meliorem mentem, ne quidem per oblationem sufficientis gratiæ, reversuros. Contra nostrorum sententia est: Deum consideraße homines, quos eligebat, quosq́; præteribat, vt lapsos in Adamo, in peccatis mortuos & iræ filios natura, nec prævidere in hominibus potuiße, nisi quod Electionis iam prius largiri aliquibus, aut desertionis consilio non tollere ex alijs constituerat. Quamvis verò in ipsa re nobis conveniat cum ijs, qui statuunt, &c. Reliqua vide in Epist. VValachrorum.

Coll. Hag. pag. 9. & 42.

Controverti solet, an Prædestinationis objectum sint homines indefinitè & communiter considerati, vti voluit L. Trelcatius fil. an condendi, vti Calvino & Bezæ placuit, an vt servabiles damnabiles, creabiles, labiles, reparabiles, vti Doctoris F. Gomari habet sententia, an ut conditi, sed in puris naturalibus considerati, vti visum F. Iunio, an vt lapsi jam, uti VValachri, an verò vltrà ut vocati & credentes, aut vocationi non obtemperantes, uti Patribus priscis ante Augustinum, Melanchthoni, Sohnio & Iacobo Arminio alijsque probabilius visum. In Diatriba Hagensi nobis ultimam sententiam amplexantibus, suam exponere gravati sunt Contra-Remonstrantes, additis rationibus, quas in scriptis ipsorum tunc exhibitis videre est. Qua ergo persuasione Contra-Remonstrantium hic sententiam definiunt, quam ipsi hactenus non definivêre? aut quomodo velut unum sentientes hîc introducuntur, qui quam maximè inter se dissentiunt? Nihil compertius apud nostrates, quam Contra-Remonstrantium alios supra lapsum cum Caluino, Beza, Piscatore attolli, alios minus altum sapientes in lapsu subsistere. quæ ipsa dissensio causam præbuit negatæ super hoc problemate declarationis, ne qui à nobis dissentirent, etiam inter se non convenire comperirentur. Quod si tamen, uti VValachri volunt, discrepantes istæ quas recensuerunt ipsi de objecto sententiæ in hoc conspirare dicantur, *Nihil quod in homine Deus præviderit decreti istius causam existere potuiße,* en nos quoque calculum nostrum conferimus, nec idem diffitemur. Quamvis enim non sine alicujus rei in homine prævisione decreta ista facta credimus, non tamen illa horum causa est προηγουμένη, cum nihil extra Deum divinæ actionis causa propriè dici possit, condicio præquisita & ab ipso Deo ad faciendum tale decretum liberrimè ordinata possit. Sed tamen obliti hic videnter fratres VValachri eorum, quæ jam antè scripsêre, nimirum: Decrevisse Deum *quibusdam inferre damnationis pœnam propter peccatum.* Hic enim meritoriam

Errores commißi in huius controversiæ descriptione.

Impulsiva.

ritoriam istius decreti causam peccatum faciunt, & illud in homine prævisum. à quo cum multis parasangis discedant ij, qui hominem in Prædestinatione, aut vt condendum singulariter, aut communiter considerant & indefinitè, utique non consentire in ipsa re, nedum in illo dogmate: *Nihil prævisum in homine decreti istius causam esse potuisse,* sed maximè dissentire nobis videntur. in tantum quidem, vt posteriores priore sententia Deum insipientiæ argui, priores posteriore Deum injustitiæ insimulari contendant. Quod si verò prior, quæ in lapsu hæret, vestigijs, vti hîc dicitur, Confessionis Belgicæ, Anglicæ & Gallicæ insistat, vtique posterior ab illis Confessionibus recedet, maximumque hic iterum inter illas sententias apparet discrimen. Sed aut hic Contra-Remonstrantibus in sua, aut VValachris in Contra-Remonstrantium causa loquentibus fides deroganda. Illi enim ab Ecclesia Reformata quicquam super hac re statutum esse negant, imò quæstionem illam dicunt excedere limites Confessionis & Catechismi, hi verò ad Confessionem Belgicam, Anglicam & Gallican provocant.

Vide Coll. Hagēs fol. 48. Edit. Bert.

Consequentia.

Tertiò, problema de Fide, quatenus inter Electionis ἑχόμενα recensetur, electorumque necessarium adjunctum est, sic proponunt:

Verba VValachrorum quibus quid de fidei respectu hic controvertatur, exponunt. Coll. Hag. pag. 42. & 124.

Eam enim contendunt Remonstrantes quiddam Antecedens Electionem in mente Dei eligentis, & conditionem adimpletam, non fructum Electionis esse: contrà nostri fidem ex Electionis beneficio promanare, ac proinde medium esse subordinatum decreti illius execution neque tamen hinc consequi, infidelitatem eiusq; fructus reprobation effecta esse: hac enim Deum, quid fieri ab homine spontaneam volun tatis suæ motionem sequente, non coactè, sed voluntariè ac iustissim permissurus esset; Electione verò quid ipse esset in homine per Spiritu suum operaturus sapientissimè decrevisse. Itaq; fidem non considera à Deo potuisse, vt conditionem impletam, qua ipse ad eligendum mo veretur, sed quam in Electis per Sp. suum præstiturus esset.

Sententia Remonstrantiũ.

Sic est Vir clarissime, fidem vt quidpiam antecedens Electic nem in mente Dei eligentis, quamque vt præstitam prævidet, cor sideramus; fructum verò consequentem & medium executioi prioris decreti de singularium Electione subordinatum esse nega mus. Agnoscimus tamen fidem consequens, effectum & fructui dici posse Decreti istius generalioris de fidelibus salvandis, inf delibus condemnandis, cum ex hoc decreto conferendæ fid

flu

fluat necessitas, ipsa vero fidei collatio ex tertio decreto de mediorum ad fidem impetrandam administratione. Quando verò *Deum in Reprobatione decrevisse aiunt, quid fieri ab homine spontaneam voluntatis suæ motionem sequente, non coactè sed voluntariè ac iustissimè permissurus esset*, nec ex Contra-Remonstrantium sententia, nec consentaneè loquuntur. Non ex Contra-Remonstrantium sententia: hi enim in Collatione Hagiensi quid de reprobatione ejusque effectis sentiant, exponere detrectarunt, licet eorum non pauci & scripserint jam ante, & scribant etiamnunc (uti infra demonstrabitur) fructus reprobationis esse creationem reproborum, desertionem sive gratiæ substractionem, excæcationem & indurationem, perseverantiam in peccato: addo etiam, hæc ipsa effecta reprobationis ab illis vocari, & κατὰ τὸ ῥητὸν & κατὰ τὴν διάνοιαν. κατὰ τὸ ῥητὸν, quia Bezæ, Polani, Perkinsi, VVithakeri, Bucani aliorumque hoc affirmantium voces, suffragio suo comprobant. κατὰ τὴν διάνοιαν, quia qui infidelitatem fructum vocat reprobationis, an non ejus effectũ esse pariter agnoscit? qui Deum voluisse contendunt, ut peccaret homo, ut incredulus esset ac contumax, quo viam sibi ad ipsorum justam condemnationem sternat, & eundem Deum non permissivè solum ad peccatum, sed ἐνεργητικῶς concurrere, annon ἐμφατικῶς satis hæc ipsa peccata reprobationis effecta esse significant? Non consentaneè eos loqui inde evidens fit, quia solum decretum permittendi hominem sibi infallibile medium non est exequendi decretum absolutæ reprobationis, cum posita illa permissione non necessariò, sed liberè homo peccet, hoc est possit non peccare. Decreto siquidem permissionis media solummodo peccatum inhibitura efficaciter suspenduntur, ideoque ex hoc divinæ voluntatis immanente actu, peccandi & in peccato perseverandi necessitas fuit nulla. quod considerantes alij, Calvinus, Beza, Perkinsius, quique hos sequuntur, reprobationis decreto, non decretum permissionis solum, sed & decretum efficax de subtrahenda homini gratia, eoque excœcando & indurando subordinant, ne antecedentis absoluti decreti executio à libertate hominis & contingentia ulla causæ secundæ suspendatur. Rursus, inconvenientissimum nobis videtur affirmare, *Deum Electione decrevisse, quid ipse esset in homine per spiritum suum operaturus*. Electionis siquidem absolutæ ad salutem decreto, salutis tantum, non fidei decernitur collatio. Cũ enim salus & fides prædicata sint diversissima, nec per se, nec

Secundum verba & secundum sensum.

Efficaciter expresse.

 per

per accidens vnum constituant, non potest non aliud esse decretum de salutis, aliud de fidei collatione. Et quamvis fidei qualitate circumscribamus Electos, neutiquam tamen Deum ad eligendum ab hac fide, propriè loquendo, moveri volumus, sed à solo suo beneplacito, gratioso illo & misericordi, quo abrogato legis & exactissimæ obedientiæ rigore cujuslibet verè credituri misereri proposuit.

Verba VValachrorum quibus exponunt quid de vocatione hominum per verbi prædicationem hic controvertatur.

Quarta, quam ex Prædestinationis capite derivant, controversia, est de alio, vt inquiunt, medio, quo Deus exequitur Prædestinationis consilium. Hanc ita efferunt:

Nostri vocationem hominum, quæ verbi prædicatione ex mandato Domini perficitur, exequendi illius consilii mediis annumerant: Remonstrantes verò ex eorum numero removent, nempe si ex æterno De[i] proposito, quo gratuita misericordia Electos, tempore, quo ipsi libui[t] fide donare, & reipsa Christo inserere, plenè per eum in spirituali vit[a] consummandos, proficisci statuatur. Quod igitur aliquos Deus &c.

Ibid. pag. 97. 226. 227.

Prius illud problema ratum esto. Neque enim nobis Vocati[o] medium est exequendi Prædestinationem singularium, & quidem eorum, quos in fide perseveraturos prævidit Deus. Verum decretum Vocationis, quo media ad fidem ingenerandam necessari[a] administrare instituit, naturæ ordine prædestinationis & salvan[di] consilio præmitti debere arbitramur, cujus tamen necessitatem ex priore decreto salvandi credituros quoslibet deducimus. A[t] falluntur quam maximè, dum sentire nos scribunt, ex absolut[o] Dei beneplacito non pendere, quod aliquos vocet per Euange[lium], alijs præteritis, at hujus discriminis causam in hominum la[]tere natura. Odiosa hæc est sententiæ nostræ & mutila recitatio. Neque enim illo loco, quem in margine scripti sui annotant, d[e] causa vocationis, sed præteritionis agitur. Hoc dicimus, Deu[m] *quosdam* externâ Euangelij prædicatione non dignari, idque *no[n] iuxta aliquod absolutum Decretum quibusdam hominibus fidem & sa[]lutem non dandi: sed propter alia in homine ipso latentia, nobis incogn[i]ta, Christo nota, cui suum regimen est permittendum.* Quod vt inte[l]ligat R. T. diversimodam prorsus rationem esse agnoscimus vo[]candi hos, non vocandi alios. Quos vocat Deus, & prædication[is] gratia primitus dignatur, vt plurimum tales esse fatemur, vt nih[il] minus ipsorum virtutes, quam hanc donorum divinorum larg[i]tionem indebitam promereantur, nihilque in ipsorum natura d[i]gnum ista gratia reperiri possit; ex adverso potius, quamplurim[a] ess[e]

Quid in iis desideretur, & quis decreti vocationis ad ipsam finis prædestinationem sit respectus ex Remonstrantiū sententia.

eſſe, propter quæ, ſi ex ſeveritate Deo agere libitũ eſſet, æternùm tantis donis meritò privari debeant; ideoque non ex ſolo tantum beneplacito divino hoſce externa verbi voce vocari, verum etiam ex abſoluto, nulla ab ipſis præſtita condicione, quam ad vocationem præexigere viſum Deo fuerit. Verum non ſuboſcuris ex ſcriptura rationibus ac teſtimonijs colligi poſſe putamus, interdum Deum hanc vel illam gentem, civitatem, perſonam, Euangelij revelatione præ alijs dignari, quam ipſe dignam pronunciat, non quidem ex propriæ ſanctitatis dignitate aliqua, ſed ex gratioſa ſuâ æſtimatione, quâ per naturalem legis ſuæ noticiam, & meliorem gratiæ communioris vſum correctos nonnihil, idoneos judicat, quos vlteriore gratia, idque ex beneplacito ſuo donet, ijſque anteferat, quos vel gratiæ ſemel oblatæ contemptores fuiſſe improbos vel horrendis alioquin ſceleribus mancipatos debitoſque comperit. Cur verò quamplurimas gentes, civitates, perſonas, hac vel illa temporis periodo, tali vel tali gratiæ menſura non vocet, etiam liberrimæ voluntatis eſſe cenſemus, ſive hoc ipſum meteri quoque potuiſſe ſtatuatur præter originalem corruptionem ſingularis quædam ipſorum improbitas, quod ſi fiat beneplaciti divini erit talibus, iſto tempore, tantundem gratiæ non largiri; ſive nulla hujus voluntatis meritoria cauſa ſingularis ex parte hominis dari poſſit, quod nobis veriſimile magis videtur. Atque hic quidem profundas divitias tum ſapientiæ, tum cognitionis Dei, inſcrutabilia ejus judicia & vias imperveſtigabiles ſuſpicimus ac veneramur. At cur hominum quoſdam nullo vitæ ſuæ tempore Euangelij præconio ad ſalutis participationem reapſe invitet, rurſum ſolius beneplaciti eſſe dicimus, licet non abſoluti, ſed talis, quo non niſi veritatem in injuſtitia detinentes, & rectæ rationis lumina portentoſis flagitijs exſtinguentes, ſaltem non niſi ob inſigne peccatum, Euangelij ſui annunciatione deſtitui cupit. Et hinc cauſam præteritionis meritoriam in natura hominum ſive in hominibus ipſis latere non inficiamur. Vnde colligere eſt, non ſtatui à nobis ſemper melioribus Euangelij gratiam offerri, ſed vt plurimum eâ indignis; tantum abſit, vt vocationis cauſam non in Dei beneplacito, ſed hominis natura reſidere credamus. Et quamvis ante omne gratiæ auxilium, tum ejus, quæ communiſſima eſt, & nulli non homini affulget, tum ejus, quæ Euangelica prædicatione definitur, & à priore ſub proprio gratiæ nomine diſtinguitur, nullum ferè (aliquod enim à temperamento proficiſci non

Qua de cauſa & ſpeciali ratione iſtius vocationis.

eſt

est dubium) inter gentes corruptionis discrimen appareat; tamen inscriptâ jam cordibus ipsorum aliqua Dei & voluntatis divinæ noticiâ, similem adhuc esse omnium improbitatem neutiquam putamus. Quæ quidem singula rationibus suis adstruere nec est nostri instituti, nec Epistolæ hujus ratio postulat.

De partitione vocationis in externam & internam.

De partitione vocationis in externam, & internam, cur nos magis, quam Contra-Remonstrantes rixas movere ajunt? cur non potius ipsos? cum dissentientes hic ferre nolint illi, nos ferre simus paratissimi, & rixandi super hoc argumento finem vel hoc die fieri exoptemus. De ea ita statuimus, vt disparatas has ex prima Dei intentione vocationes esse negemus; contrà verò neminem externi verbi voce vocari credamus, quem non etiam, sec suis gradibus & successibus, verbo & spiritu suo intus afficere, & ni hominis obstet malicia, reapse conversum iri seriò velit. Han ipsam ob causam verbo prædicato spiritus operationes socias faci mus, & ijs quoque, qui effectu ipso non excitantur ex spiritual morte in vitam, verbum prædicari dicimus spiritu vivifico mini mè destitutum; intellige, quo vivificari sufficienter & efficacite potest homo, & vivificare peccatorem nondum refractarium vul seriò etsi non absolutè, Deus, & vivificare jam plus minusve ag gressus est. Quoties verò docent Contra-Remonstrantium pla rique, Deum externa Euangelij prædicatione resipiscentiam ac f dem ab ijs exigere, quos conversos non vult, quibusque poter tiam credendi absoluto decreto largiri noluit, nec in alium finer vocari reprobos, quam ut excœcentur, indurentur, & ni credan graviorem sibi accersant damnationem; ab hypocrisi hunc ager di modum vindicari non posse nostra fert sententia.

Vbi vero locorum Contra-Remonstrantes excipiant, *Euange prædicationem proprie quidem & principaliter electis in salutem, p accidens tamen & minus principaliter reprobis in testimonium divin ordinatione destinatam esse*, hactenus videre non licuit. Præte quam, quod manifesta hic sit sententiarũ inter se contradictio, oppositum, uti in scholis loquuntur, in apposito; cum prædica tionem divina ordinatione per accidens destinatam scribunt. D vina ordinatione, hoc est, à Deo destinari, & per accidens des nari ἀσύστατα sunt & repugnantia. Quod enim destinat, non p accidens, sed per se in finem suum destinat, quod vero per acc dens agit, illum effectum per accidens agere dicitur, qui non fi destinatus. Et licet in causis creatis propter earum imperfecti

ne

nem quædam per accidens dicantur agere, quas generalibus vocabulis Physici Fortunam & Casum vocant, tamen Deum causam facere per accidens operantem indignum prorsus est divina ejus majestate, qui propter summam intellectus, voluntatis, potentiæ perfectionem ne per accidens quidẽ agere potest. Deniq; non distincte, ut debebant, explicant, in quod testimonium destinata sit reprobis à Deo prædicatio, an in testimonium bonitatis divinæ erga ipsos, an demonstrandæ ipsorum ἀδυναμίας, an vero ἀναπολογίας, an horum simul omnium. Quodcunque tandem dixerint, fines non per accidens, uti loquuntur, sed per se intentos in vocatione reproborum, dabunt, cum nihil horum nisi per se intendi à Deo potuerit, neque, quid per se præterea intenderit, aut dicere habeant, aut dicere ausint. Audent tamen ij, qui vocari eos volunt, ut indurentur magis & contumaces reddantur, & pereant gravius.

Impotentiæ. *Inexcusabilitatis.*

Secundæ Controversiæ, quæ est de Christi morte & liberatione per eam acquisita, status ita se habet:

Secunda Controversia de Morte Christi.

Docent Remonstrantes Christum ex proposito æterni Patris, quod ipsum electionis decretum ordine antecesserit, pro omnibus individuis hominum tam pereuntium, quam servandorum mortem obijsse, adeoque omnibus reconciliatione cum Deo & remissione peccatorum acquisita effecisse, vt Deus, &c.

Verba VValachrorum quibus eius statum exponunt.

In huius Controversiæ statu minus à Walachris peccatum est. Ad eas tamen, quæ ex principali problemate postmodum eliciuntur, quæstiones, annotare non nihil operæprecium erit.

Responsio.

Ad primam, *Vtrum mortis Christi causa προηγουμένη referenda sit ad electionis decretum*, hoc insuper dictum volumus, nos eam ad dilectionem & charitatem illam Dei patris, quâ mundum, id est universum genus humanum æternæ damnationis reatu pressum, ut creaturas tamen suas dilexit, secundum scripturas referre; nec non ad illam Dei voluntatem, qua ex hac ipsa dilectione hominum misereri voluit, si quâ justitiæ suæ convenienti ratione fieri posset. Ex hoc enim fonte fluxit, administrante salutis negotium divinâ Sapientiâ, primum illud absolutum decretum de Filij in mundum missione, qui sanguine suo pro peccatis satisfaceret, & æternæ redemtionis jus potestatemq; impetraret, iisque, quibus visum esset Patri condicionibus salutem conferret. Quod quidem secuta sunt alia decreta, partim de his ipsis condicionibus, partim de mediis ad condicionum præstationem necessariis.

Impulsiva. *Mortis Christi caussa προηγουμένη quo referenda.*

Nec quicquam hæc doctrina incommodi, nedum absurdi, aut quod à Sapientia Dei alienum sit habet. Neque enim Deum de remedio morbi ante, quam de ægrotis cogitasse, aut quomodo consilium suum exequeretur, antequã consilium ullum cepisset ex dictis nostris colligere est, quia huic decreto de Mediatore & animarum nostrarum per ipsum recuperanda salute, affectum mi serendi omnium nostrum & voluntatem salvandi nos, si quidem modo justitiæ suæ convenienti fieri possit, præmittimus. At no Contra-Remonstrantium sententiam maximis difficultatibu obsessam esse gravissimis adducti rationibus nobis persuademus Ita enim judicamus, æquum non fuisse, ut ratum esset Electionis hoc est præcise quosdam salvandi ex humano genere corrupt voluntatis decretũ, nisi de ratione quâ justitiæ suæ satisfieret ant dispexisset. Adhæc nihil Socinianorum periculosissimo erro magis patrocinari, aut Salvatoris nostri meritis magis derogai credimus, quam si decretum illud ineffabile de salvandis quibu dam peccatoribus peractum jam, absolutumque dicatur; null salvatoris Iesu Christi, meritorũ ipsius, sanguinis & satisfaction intuitu; Imò Achilleum argumentum Socino ab ipsis Reform tis subministrari, subvertendæ Redemptoris nostri satisfactio perquam accommodum, & quidem hoc: Qui illæsa sua justit ab æterno consummatâ & deliberatâ voluntate voluit peccato bus aliquot salutem conferre, citra ullum Mediatoris, λύτρȣ, a satisfactionis in hoc ipso decreto respectum, is illæsa quoque e dem justitia in tempore eosdem peccatores salvos reddere pote citra precii ullius proprie dicti solutionem. quia talis censenda esse exequutio, qualem eam esse patitur prævium Dei decretu ideoque quod justè Deus sic velle potuit, justè sic exequi pote Sed Deus illæsa sua justitia absolute suo decreto & deliberatâ v luntate quosdam peccatores saluto donare ab æterno voluit, n propter Mediatoris præcedens in mentis præscientiâ meritum a satisfactionem, uti habet Contra-Remonstrantium & Wa chrorum sententia. Ergo & citra satisfactionem in tempore s vare eosdem potuit, imo ut salvet necesse est.

Christus pro omnibus nemine excepto etiam Caino & Iuda mortuus esse, an recte dicatur.

Secundâ quæstione, *Vtrum ex proposito æterni patris filius pro omnibus hominibus, nemine excepto, mortem sustinuerit, nimirũ tam pro Caino, quam pro Abele tam pro Iuda, quam pro Petro; tam pro damnandis omnibus, quam pro servandis*, supersedisse poterant Wa chri, nisi numerandis potius, quam discriminandis quæstionibus studuissent

ſtudere maluiſſent. Dictum enim ab ipſis jam antè ex noſtra ſententia Chriſtum pro omnibus individuis tam pereuntium, quam ſervandorum mortem obiiſſe. Quorſum ergo ac ſi nova aut explicatior eſſet quæſtio, Caini & Abelis, Iudæ & Petri ſubſumuntur exempla? Subſumant, licet, alia quatuor individua, duo pereuntium, duo ſalvandorũ, & rurſum alia quatuor, & rurſum alia, totidemque jam adſcribi hic poterunt quæſtiones, quot dantur electorum ac reproborum paria. Sed fortè Cainum & Iudam infidelitate ac flagitio inſigni, illum fratricidii, hunc proditionis circumſcriptos intelligi volunt. Quæ ſi ipſorum mens eſt, noſtram hanc eſſe profitemur, Chriſtũ pro Caino & Iudà quà talibus, aut quà perituris mortem non ſuſtinuiſſe, uti nec pro Abele & Petro quà fidelibus, quoad ſalutis impetrationem, ſed indiſcriminatim pro his & illis in communi lapſus & peccati ſorte conſideratis.

Tertiam quæſtionem, *Num Chriſtus, cui omnis poteſtas in cœlo & in terrâ data fuit, intendere aliquid ſapientiſſimo conſilio potuerit, cuius effectum aſſecuturus non eſſet*, nimio partium ſtudio quam poſſunt invidioſe in nos deflectunt, omiſſis iis, quæ à calumnia ſententiam noſtram abundè vindicant, & inſertis voculis, quæ lectori præjudicium non leve faciant. Nuſquam ſub illis terminis ac phraſibus ventilata inter nos & Contra-Remonſtrantes fuit iſta quæſtio. Locus ad marginem ſcriptus ita ſonat: *certè Chriſtus eſt pro omnibus mortuus, cum fuerit eius intentio ſervare omnes, quanquam res ipſa in multis propriâ ipſorum culpâ aliter evenerit.* Hoc quæritur, An quorumcunque bono Deus filium ſuum in mortem tradere & Chriſtus ipſe mori ſuſtinuit, etiam fructum mortis Chriſti percipiant. Sin minus, uti noſtra eſt ſententia, quæri poteſt; Num quem Deus finem in aliquo opere intendit, poſſit non aſſequi. Ad quod non affirmatione ſimplici, ſed diſtinctione reſpondemus: Quædam ſcilicet à Deo & Chriſto intendi, quę per potentiam irreſiſtibilem, vt vocant, exequi & aſſequi volunt, quæ omnia nunquam non ~~eos~~ aſſequi perſuaſiſſimum nobis eſt, cum potentiæ iſtiuſmodi nulla maior opponi poſſit. Quædam verò ab iiſdem intendi, ſed ſub condicione à creatura rationali liberè præſtanda, quam ipſe Deus ex libertate voluntatis ſuæ ac ſapientiæ conſilio præſcribere voluit. Hanc quoties præſtare negligit homo, non aſſequitur id quod intendit Deus. quid mirum? quia aſſequi non intenderat, niſi præſtitâ illâ condicione. Quamvis igitur omnibus peccatoribus ſalutem conferre propter mortis filii

Num quem finem Deus in opere aliquo intendit poſſit non aſſequi.

 ſui

ſui precium intenderit Pater, tamen non intendit hoc facere, voluntate ab omnis condicionis exactione liberâ, ſed condicionata, ſi quidem redemptorẽ hunc vera fide amplectantur. Nec eſt hoc imperfectionis, non aſſequi ſalutem hominis increduli, ſed perfectionis potius ſummæ, & conſtantiæ divinæ. quia ab æterno non niſi ſub fidei condicione illius ſalutem intendit Deus, ſub eadem condicione ut intenderet æquiſſimũ putavit, nec alia ratione eius ſe ſalutem velle publicâ præconum ſuorum voce teſtatur. Quod ſi tamẽ Contra-Remonſtrantes credere ſe agnoſcant, uti agnoſcunt revera, Deum quemcunque ſerio vult & intendit effectum etiam aſſequi, alterutrum neceſſe eſt dicant: aut ſeriò nunquam voluiſſe & intendiſſe Deum eorum omnium, quos antè gratiæ ſemel oblatæ contemtum vocat, ſalutem; aut ſi ſeriò vult, etiam omnium horum ſalutem aſſequi. Quodcunque attigerint, ulcus erit.

De quarta quæſtione, *Vtrum omnibus pro quibus Christus mortuus eſt vitam reipſa contulerit*, idẽ quod de ſecundâ judicium eſto.

Quintum problema phraſibus ſcatet inconditis, nec ab excultiore Theologia profectis. Andi verba: *Inde & iſtud problema, An Chriſti mors ab eius reſurrectione & interceßione ſeparari poßit. Hæc enim adverſarij ſolis fidelibus impertiunt; illam omnibus ſine exceptione hominibus*, &c. Quis unquam Chriſtianorum in controverſiam vocavit, An Chriſti mors, quam reſurrectio & interceſſio, ut conſtat, ſecuta eſt, ab his ipſis actibus ſeparari poſſit? Aut quis hominum alios mortẽ Chriſti reſurrectionemque aliis impertire dixerit? Certè, ſi uſquam alias, in quæſtionibus formandis, quoad fieri poteſt, ſtudendum verbis phraſibuſque uſitatis & propriis. Vitanda omnia, quæ vel obſcuritate ſua inviſa ſunt, vel novitate ſuſpecta, vel cum rerum, quæ ſignificantur, indole pugnantia. Senſum tamẽ problematis hunc eſſe coniicimus: An pro quibus omnibus Chriſtus mortuus eſt ſalutẽ impetrando, etiam pro iis reſurrexerit & intercedat ſalutem applicando, cuius nobis negativa pars placet. Mortuus enim eſt adæquatè pro peccatoribus omnibus, reſurrexit & intercedit cum ſalvandi intentione adæquatè pro fidelibus. Nec hoc eſt mortem à reſurrectione & interceſſione ſeparare, ſed non ad eos omnes fructum reſurrectionis & intercesſionis extendere, pro quibus mortem oppetiit Chriſtus. Deinde quoties *non omnibus, quibus ſalutem acquiſivit, eandem applicare dicimus*, nequaquam ſufficientem illis ad ſalutem conſequendam gratiam concedere Deum, aut ut concedat paratum eſ

Mortis & reſurrectionis, quis nexus.

esse negamus, sed non reapse illos omnes glorificari & cœlo transcribi volumus. Quæ ex scriptis Collationis Hagiensis adducuntur nostrorum verba, truncata recitantur, omissis ijs, quæ præcedunt continenter, remque planam faciunt. Sic habet responsio quædam Remonstrantium ad objectionem Contra-Remonstrantium: *Si summè diligere est non tantum salutem mereri, sed etiam conferre, sicut fratres hic in probatione minoris suæ propositionis dicere videntur; negamus Christum generaliter eos omnes diligere, pro quibus ipse mortuus est: neque enim dilectionem istam omnibus iis ostendit, pro quibus ipse est mortuus, neque omnibus merito suo partam salutem confert, sed solis credentibus, etiamsi omnibus sit acquisita.* *Pag. 193. ex vers. P. Bertij.*

AD TERTIAM CONTROVERSIAM transimus, cuius problema primarium, suorum primùm thesi, mox nostrorum antithesi constans tale formant: Tertia Cõtroversia de Libero arbitrio & Corruptione.

DE LIBERO ARBITRIO *& Corruptione (quæ est tertia controversia) hominis prolapsi in peccatum, necdumque huius servitute per regenerationis gratiam liberati, docent nostri: Intelligentiam, cuius est obiectum monstrare voluntati in rebus spiritualibus quæ ad vitam immortalem pertinent, non solum nihil prorsus capere sine gratiæ adminiculo, sed planè cæcam esse, præcipuaq; cœlestis doctrinæ capita fastidire, imò vt absurda & falsa despicere: Voluntatem, vitio in quod cecidit superatam, non nisi in malum & quidem spontaneo ac libero motu propendere, Affectus denique inordinatis appetitionibus & pravitate ad quævis scelera impellente, vitiatos esse, nihilque in hominis anima antè conversionem reliquum mansisse, quam quod ipsum ἀναπολόγητον coram Deo reddat. Remonstrantes verò concedunt quidem in Collatione Hagiensi Intellectum in, &c.* *Verba VValachrorum quibus eam exponunt.*

Sed mirum quam hic sibi contradicant VValachri. Ajunt intelligentiam hominis irregeniti in rebus spiritualibus, quæ ad vitam immortalem pertinent, nihil prorsus capere, & statim subjungunt: nihil in homine reliquum mansisse, nisi quod ipsum ἀναπολόγητον coram Deo reddat. At hoc ipsum quid est, nisi aliqua rerum divinarum quæque ad vitam immortalem pertinent cognitio? Ita Paulus interpretatur Roman. 1. versu 20. Illa mens Confessionis Belgicæ articulo 14. Hæc sententia VVilhelmi Teilingij Ecclesiastæ Medioburgensis, quo non alium aut eruditione, et pietate priorem habet classis VValachriana. Is nupero scripto, in quo multa eruditè & piè pro pace Ecclesiarum disserit, sex fidei capita esse docuit, ad salutem scitu & creditu necessaria, quæ *In ijs notatur 1. contradictio. Inexcusabilem.* *In Eubulo pag. 139.*

naturali intellectus lumine cognosci queant. Sunt autem hæc: Primò esse Deum, hoc est supremam aliquam Essentiam rerum omnium creatricem ac gubernatricem. Secundò, eundem Deum à creaturis rationalibus & nominatim ab ipso homine coli velle in sanctitate & justitia. Ideoque quod tertium est, Deum studiose ac attente ad singulas hominum actiones studia consiliaque advertere. Quartò Deum vnicuique redditurum secundum opera sua pœnam præmiumque. Quintò hanc retributionem in hac vitâ non plenè exerceri, cum bonis sæpè malè, malis benè sit, sed affore tempus aliamque vitam, in quâ illam plenissimè perfectissimeque sit demonstraturus. Sextò precibus Deum esse sollicitandum, quò bonorum omnium & auxilij divini fiamus compotes. Hæc si divina sunt & ad salutem obtinendam scitu necessaria, ut revera sunt, si citra specialem revelationem etiam irregenitis perspecta, hæc ipsa si neglecta & in injustitiâ detenta hominem reddunt inexcusabilem, non sine contradictione affirmant VValachri mentem in rebus spiritualibus nihil prorsus capere & plane cæcam esse. Nisi fortè per res spirituales & ad immortalem vitam pertinentes, intelligant, quæ non nisi ex revelatione cognosci potuêre.

2. *Frequens à vero aberratio.*

In Antithesi, quam ex Remonstrantium mente formant, frequens à vero est aberratio. Nec enim nos essentialem voluntatis esse contendimus facultatem illam, qua æquè ad bonum & ad malum propendeat, nec vsquam à nobis hoc scriptum meminimus, vt qui ex saniore philosophia didicimus, libertatem exerceri posse vel circa bonum tantum, vel circa malum tantum, vel circa vtrumque. Si enim vti constans est philosophorum sententia, radix libertatis in judicio rationis & intellectu sita sit, quale ratio objectum monstrat, aut monstrare potest, tale eligit voluntas. Quare ante lapsum & boni & mali rationes edocta mens, & hoc & illud voluntati eligendum repudiandumque offerre potuit. Post lapsu boni salutaris & salvifici prorsus ignara voluntatem talis boni cupidine inflammare non fuit potis. In statu regenerationis nova doctrinæ Euangelicæ cognitione donata, nec non residuam habens mali cognitionem, ad boni pariter ac mali electionem voluntatem excitare denuò comparata est. Post hanc vitam verò felicitatis summæ particeps futurus homo, nec vllas malorum rationes in animum admissurus, solius boni amore circumscriptam voluntatem habebit. Semper itaque & in omni vitæ hujus statu libe-

De libertate voluntatis quæ Remonstrant. in sententia.

libertas voluntati essentialiter adhæret; sed talis, quâ objectum velle potest vel nolle, quam contrarietatis, alii specificationis vocant; aut qua objectum potest velle vel non velle, quam contradictionis sive exercitii vocant. Vtramque exercet voluntas circa media & fines non vltimos. Posteriorem solum circa finem vltimum, aut bonum in genere consideratum. Quæ verò in objectis considerantur rationes boni vel mali libertati accidentariæ sunt, nec ad ejus essentiam spectant. *Secundò* nec illud à nobis affirmatur, affectus inclinationum quidem ἀταξίᾳ, non tamen perversitate ad scelera quælibet instigante hominem laborare. de quo plura statim. [*Inordinatione.*] *Tertiò* ingenuè credimus adeò elanguisse nostras vires, ut, nisi eas restauret gratia, ad salutaria bona pertingere nequaquam possint. Nec tamen inficias imus, arbitrari nos, posse hominem vtcunque adhuc in peccatis mortuum, nec Spiritu Christi regenitum, ex dictamine legis in cordibus inscriptæ facere ea quæ legis sunt, &, ut Perkinsus loquitur, *venire ad templum, loqui & annunciare verbum Dei, extendere manus ad sacramentum recipiendum: item aures præbere (externas saltem) nos docere cupienti*, quibus veluti mediis ab ipso Deo ad conversionem prærequisitis ad vberiores divinæ benignitatis opes percipiendas deducitur, aut si adhibere illa negligat, ἀναπολόγητος redditur. [*Cathol. Reformat controversia 1.*] [*Inexcusabilis.*]

Dubia, quæ in quæstionem veniunt hæc enumerantur. Primum de voluntatis facultate. Remonstrantes contendere ajunt *hominis non renati voluntatem tam ad bonum spirituale, quam ad malum se inclinare posse. Scimus* (ipsorum verba sunt) *quidem negari ab his, quod voluntatem in homine ad bonum propensam statuant, non à Spiritu regenerationis renovante hominis naturam, sed huius renovationis nomine non intelligunt propriè ipsius voluntatis emendationem, sed mentis & affectuum repurgationem*, &c. [*Coll. Hagiens. pag. 298.*] [*Dubia à VValachris tanquam controversa proposita. Primum de voluntatis facultate.*]

At nos, qui Remonstrantium partes tuemur, planè contrarium nos sentire profitemur, & hominis non renati voluntatem ad bonum supernaturale se inclinare posse, impossibile putamus. Loco, quem citant, ex Collat. Hagiensi, rotundis verbis affirmamus, *libertatem benè aut malè agendi in peccatore reipsa vires suas exerere non posse, etiamsi libertas ipsa vt pars naturæ creatæ manserit*, At sin libertas, quæ vti ante, in illo quoque corruptionis statu ad bonū & ad malum ἀμφιῤῥεπὴς fuerit, deerat enim prærequisitum libertatis istiusmodi, nimirum boni salutaris cognitio &c. sine qua libertas ad bonum nec esse, nec cognosci, nec definiri potest. [*Anceps.*]

Fidem.

De ea Remonstrantium sententia an recte proposita.

Fidem his faciunt ea, quæ immediatè prioribus ſubtexunt VValæchri. *Scimus,* (inquiunt) *negari ab ipſis, quod voluntatem in homine ad bonum propenſam ſtatuant, non niſi ſpiritu regenerationis renovante hominis naturam.* Certè ſi hoc à nobis negari ſciunt, cur idem affirmare nos dicunt? Aut ſi contradictoria loquuti ſumus, cur diſſentire nos magis à ſe, quam conſentire malunt? Addunt: *Sed huius renovationis nomine non intelligunt propriè ipſius voluntatis emendationem, ſed mentis & affectuum repurgationem, quâ mediocriter peractâ voluntas excitetur, vt innatam volendi nolendiq; facultatem in actum producat.* Minimè verò. Sed per renovationem Sp. prævia licet renovatione mentis & affectuum, voluntatem quoque mutari, renovari & ex malâ bonam fieri credimus; an per aliquam immediatam habituum infuſionem in voluntatem, dicetur ſtatim. Certè ſi peractâ, non mediocriter, ſed quantum ſatis eſt, mentis & affectuum repurgatione, etiam voluntatem excitari dicimus, vt innatam facultatem volendi & nolendi, circa boni Electionem exerceat, quo colore negari à nobis dixerint, voluntatem quoque renovari, & emendari? Iam quod concedere nos ſcribunt, *regenerationis beneficio infundi in mentem hominis habitum ſcientiæ, rerum ſpiritualium inhabitantem cognitionem, in affectus ſanctitatem, ſpei metum, & alia huiuſmodi, ſed negare in voluntatem, quoniam ex natura ſua libera fuerit ad volendum vel bonum vel malum, talem infuſionem fieri poſſe*, id omne ex prava loci iſtius, ad quem reſpiciunt, intelligentia accidit. Quæ enim de ſtatu hominis ante lapſum à nobis dicuntur, ad ſtatum peragundæ regenerationis transferunt. quanta bone Deus in hoc & illo cum humanæ condicionis, tum operationum divinarum diſparitas. Iſtic infuſio iſta habituum in voluntatem locum habere non potuit, in intellectum & affectus potuit, hic verò infuſiones iſtas cum in voluntatem, tum in intellectum & affectus (ordinariam ſi converſionem ſpectes) repugnare judicamus mediorum, quibus Deus in homine novam vitam operari vult, adminiſtrationi. quam ob cauſam etiam eas, quæ in homine regenito ſunt virtutes, comparatas potius, quam infuſas dicere malumus: modò comparatæ dicantur, non proprijs hominis viribus, ſed Sp. ſancti prævenientis eum & perpetuò aſſiſtentis gratia & operatione, infuſas verò illas vocemus, quæ citra vllam hominis etiam à gratia nunc excitati cooperationem, lapſæ velut imber ab alto, hominum animis inſtillantur. Etenim cum ab Adamo Deus obedientiam exegerit libera voluntate præſtandam

lam, inconveniens futurum fuisse opinamur, si ipsum obedientiæ habitum in voluntatem infudisset, quod tamen habitu scientiæ & affectuum sanctitate, sine quibus obedientiam primitus præstari vix possibile erat, affirmare, videtur convenientissimum. Sed perperam hæc ad regenerationis negocium transferuntur. In hoc enim statu voluntatem habitibus virtutum, sed per gratiam comparatis informari, ijsque perfici & ad operationes suas expeditionem reddi, non repugnamus. Quanquam & si hoc negatum foret, nullius inde erroris noxij, nedum hæreseos aut impietatis convinci posset nostra sententia. Celebris hæc est apud philosophos & scholasticos Thologos controversia, Vtrum virtutes sive morales habitus subjectivè sint in voluntate, an in appetitu sensitivo. Nec desunt in vtramque partem rationes probabiles! Stoici, Scotus, in voluntate esse contendunt. Theages Pythagoreus, Plato, Simplicius, Eustratius, Thomas in parte appetitivâ, quæ affectuum est sedes. Et quis quæsumus Theologorum hunc ex scriptura nodum se expedire posse confidat? aut vllo Spiritus sancti testimonio docebit, habitus morales esse subjectivè in voluntate? Vtcunque ergo error esse possit hoc ipsum negare, nihil tamen scriptura dedit. rationes, si quæ ex philosophia & virtutum ipsarum natura peti possunt, his judicibus stant, illis cadunt.

Secundum problema de natura voluntatis hoc est: *An οὐσιωδῶς* [Essentialiter.] *ei competat, ut semper æquè in vtramque partem vertere se poßit. In eo quidem inter omnes convenit, liberè agere, quicquid agit, sed hoc quæritur, an eiusmodi libertas dari non poßit, nisi in ea voluntate, quæ tam ad bonum ſpirituale eligendum, quam ad malum aversandum, naturæ conditione comparata sit. Censent enim Remonstrantes, hoc* &c.

[*Secundum de natura voluntatis.*]

Verum hic nec sententiæ nostræ, nec liberi arbitrij satis se intelligentes esse ostendunt. Non sententiæ nostræ, quia non censemus essentiale esse voluntati ad bonum aut malum se inclinare posse, quin potius impossibile hoc fuit in statu lapsus, in quo boni supernaturalis & salvifici defuit cognitio, & impossibile erit post hanc vitam, in quâ peccandi & malum volendi rationes probabiles menti non obversabuntur, sed in primo statu eam fuisse dicimus liberi arbitrij naturam, vt ad bonum & ad malum se inclinare posset homo. Non liberi arbitrij: quia ejus libertatem coactioni solummodo opponunt, & non nisi in spontanea voluntatis ad actum suum inclinatione consistere autumant, qualis certè libertas cum determinatione ad vnum, hoc est, necessitate pro-

[*Notatur duplex VValachrorum error.*]

priè dicta sive naturæ optimè consistere potest. At contra saniores nostro judicio Philosophi & Theologi libertatem voluntatis humanæ opponunt necessitati ad vnum determinanti, eamque in se citra vllam hujus vel illius status considerationem, definiunt, voluntatis potentiam activam, quæ positis prærequisitis ad agendum necessarijs velle potest vel nolle, aut velle & non velle. hæc enim differentia ad actus vel contrarios vel contradictorios à voluntatis libertate est inseparabilis.

Tertium de pugna necessitatis & libertatis.

Tertium ζητούμενον ita habet. *An omnis necessitas, quæ ex antecedente decreto divino manat, libertatem voluntatis & contingentiam tollat. Nostri negant, adversarij asserunt. Arbitrantur enim hi, quoniam Necessarium & contingens integris essentijs & tota definitione differant &c.*

Explicatur sententia Remonstrantiū.

Ad quod respondemus, impossibile esse, etiam per absolutam Dei potentiam, vt vna eademque actio positis ijsdem prærequisitis, propriè dicatur necessaria, hoc est, natura sua talis, ut non possit non fieri, & propriè contingens, hoc est, natura sua talis, ut possit esse & non esse. Quare si ponatur actu antecedens aliquod decretum, quo Deus, ut illa existat, decrevit, stante illo decreto necessitatem propriissimam accipit, & non potest non fieri, ideo que illam adhuc contingenter produci posse à voluntate humana, hoc est, posse non produci, ἀσύστατον nobis & ἀντιφατικὸν plane videtur, cum ex illo decreto sequatur, voluntatem non posse non hoc agere, quod, ut agat illa, decrevit Deus. Nullus itaque hic respectibus istis superest locus. Vnde consequens fuerit Iudæos tantum contingenter, (absit voci invidia) id est, libera voluntate motos Christum interfecisse, nullum enim absolutum decretum antecessit, quo decreverit aut voluerit Deus, ut Iudæi sceleratis suis manibus filium suum interficerent, quippe quem Pater præsciens ab æterno, quo Iudæi in filium suum forent animo & voluntate, si quidem ad ipsos talia docens, talia operans mittatur in manus ipsorum tradere decrevit & potestati tenebrarum hostiumque suorum libidini trucidandum permittere & hac ratione sapienter ad finem suum, humani nimirum generis redemptionem, contendere. Verum quærere libet ex VValachris, an dum inter necessitatem hic & libertatem voluntatis contingentiamque distinguunt, per libertatem intelligant spontè operantem & non coactè potentiam, per Necessitatem verò coactionen, an vero eam libertatem, quæ necessitati determinanti ad unum opponitu

tu

tur, eamque necessitatem, quæ indifferentiam illam ad velle, nolle, velle non velle, non patitur; aut tandem necessitatem intelligunt determinatam ad unum & libertatem à coactione. Si prius dicant, sequetur I. ex decreto divino coactionem manare; ajunt enim necessitatem eam, quæ ex decretó divino manat, cum libertate consistere posse: II. Iudæos coactè spontaneo motu Christum morti dedisse, & coactionem cum spontaneo conciliari posse. si secundum eligant, fateri necesse habent, aliam esse libertatem voluntatis, quam illam, quæ coactioni opponitur, nimirum eam, quæ in actuum suorum consistat indifferentia, & per consequens libertatis naturam *non ex agendi modo, qui coactioni opponitur,* sed ex illa determinatione metiendam esse. Si tertium placeat, nulla inter nos & ipsos hic controversia. nec enim diffitemur spontaneum, sive libertatem à coactione, cum determinatione ad unum stare posse, licet in Electione voluntatis non concurrant, nec de hoc necessario & contingenti sermo nobis sit, cum ea essentijs differre scribimus. Sed de necessitate ad unum determinata, & libertate ad opposita.

Quartum problema: *Vtrum affectibus hominis non regeniti tantum sit pronitas quædam ad peccandum, non etiam pravitas huiusmodi [...]ta ipsum ad odium Dei & proximi propensum efficiat, imò ad quodlibet malum perpetrandum incitet, nisi vniversali spiritus gratia in [or]dinem cogatur; Hoc nostri asserunt, in illud Remonstrantium mul[ti] inclinant, quibus displicet hominem in odium Dei & proximi natura proclivem statui.* *Quartum de affectuum corruptione. Belgico scripto.*

Tria in hoc problemate observare licet, in quibus quæstionis [ca]rdo versari posse videtur. Primum est, an affectibus hominis non [re]geniti pronitas insit ad peccandum, non etiam pravitas. Secun[du]m, an hæc pravitas hominem propensum efficiat, ad odium [D]ei & proximi. Tertium, An ad quodlibet malum perpetran[du]m hominem incitet. Ad primum dicimus, & pronitatem in[ess]e ad peccandum & pravitatem, nec vsquam contrarium nos [sen]tire professi sumus. Ad secundum respondemus, distinguen[d]o vocem odij. Odisse Deum secundum scripturas dicitur, qui [ma]ndata ejus non servat, nec voluntati ejus obedit, & hoc sensu [ho]minem non ante regenerationem Deum odisse asserimus. O[dis]se etiam Deum ex vocis odij nativa significatione dici potest, [qu]i directo in ipsum Deum cordis sui odio fertur, majestati illius [m]alè vult, vsq; adeò vt vel ipsum Deum non esse, aut insigni qua- *Tria hic observantur, in quibus quæstionis cardo videtur versari & respondetur ad singula.*

dam

dam injuria affectum velit. quo sensu an omnes irregeniti Deum oderint non facile dixerimus. De tertio ita sentimus, impossibile prorsus esse hominem ad quodlibet malum propensum esse, si per τὸ quodlibet singula malorum genera & species ἀπαξαπλῶς intelligantur. neque enim idem homo in prodigalitatis simul & avariciæ vicium proclivis est, in ἀσέβειαν pariter & superstitionem, nec qui timidus idem audax, qui intemperans ἀναίσθητος. quid, quod naturâ quidam à quibusdam vicijs abhorreant, licet prono sint in alia quamplurima affectu.

Simul & semel.

Impietatem.

Insensibilis.

Quintum de Operibus non renatorum.

Postremò quæritur, (inquiunt) *an ea operari homo non renatus possit, aut ea ipsi insint, quibus nondum emendatis, Deus, citra prædicationem verbi, tanquam medijs vtatur, vt eum in spiritualem vitam traducat, adeoq; an iis donis præditus sit, quorum adminiculo ad accipienda maiora, imò quotcunque ipsi necessaria sunt, ac proinde etiam ad promovendam salutem faciunt, pervenire possit. Nostris hæc non probantur Remonstrantes prius affirmant omnes, posterius quidam eorum* &c.

Confidenter satis prius illud à nobis affirmari affirmant, imò falso, & quæstioni invidiose magis, quam religiose inserunt verba illa, *quibus nondum emendatis*, vt & illa, *citra prædicationem verbi.* Adeatur locus ex quo fidem dictis suis quærunt, nihil illic tale, nihil simile, quin contraria omnia. Verba nostra ita se habent: *Etiam verò hæc* (intellige noticiam Dei residuam, opus legis inscriptum in cordibus, conscientiam accusantem & excusantem gentes, scintillas imaginis Dei post lapsum reliquas) *omnia seorsim per se non sufficiant ad hominem vivificandum secundum spiritum, media tamen sunt, quæ Deus vsurpat ad vivificandum: aut si ipse non respondeat, ad excusationem omnem ipsi adimendam,* Hoccine est affirmare citra prædicationem verbi Deum illos in vitam spiritualem traducere? & non potius per prædicationem verbi? Ad quid n. addita à nobis illa cautio *non illa ad hominē vivificandum secundum spiritum sufficere* nisi ut doceamus opus esse alio medio ad perficiendā regenerationem, puta verbi prædicatione, quæ vivificare hominem efficax est & potens. Quare non diffitemur ordinarium medium conversionis nostræ ex instituto divino esse prædicationem verbi & per hanc tandem converti quotquot convertuntur. Sed alicubi à nostris dictum meminimus, posse Deum etiam alia ratione occultâ sensus verbo prædicato comprehensos animis hominum ingerere, & fortè (nihil enim hîc asserimus, cum abscondita hæc sint oculis nostris) quibusdam hoc modo Euangelij summam notam facere.

De iis an recte Remonstrantium sententia sit proposita.

Ver

Verisimilius quippe nobis videtur, futurum, ut iis, qui veritatem in iniustitia non detinent, sed Deum uti cognoscunt glorificant, Euangelii doctrinam extraordinaria ratione revelet Deus, quam ut citra Christi cognitionem illos salutem adipisci, aut secundum donorum, quæ accepêre, modulum agentes, condemnari credamus. Adhæc arbitramur naturalem illam de Deo cognitionem inservire ad conversionem hominis verbo & Spiritu peragendam, ut quæ cum Euangelij sensibus non pugnet, sed supponat ea pro veris, quæ Euangelio credituris scitu & creditu quoque necessaria sunt. Præmisit, inquit Tertullianus, Deus naturam magistram, submissurus propheticam, ut facilius credas scripturæ, discipulus factus naturæ.

Ad dictum istud I. Arminij: *Dolorem serium ob peccata eousque placere Deo, vt eo secundum multitudinem misericordiarum suarum moveatur ad gratiam homini peccatori faciendam*, fuse respondit ipse Arminius citato loco, ut apud æquos & ingenuos judices criminationi locus superesse non possit. *Resp. Iacob. Arm. ad 31. art. art. 16.*

Accedimus ad status quartæ controversiæ, quam in Colloquio Hagensi tertiæ immiscuêre Collocutores, examen. Ea est de SALVIFICÆ GRATIÆ OPERATIONE, rectius dixerint fratres, De Modo operationis GRATIÆ DIVINÆ. Nostram hic sententiam ita enunciant. Cõtroversia quarta de modo operationis divinæ gratiæ.

Remonstrantium hæc opinio est: Spiritum sanctum ordinarie per verbi prædicationem operari in omnibus auditoribus, credendi quidem facultatem, modo (vt loquuntur) irresistibili: actum verò tantum resistibili. Itaque neminem eorum, quibus offertur Euangelij gratia, actu credere, nisi ipse ad eam amplectendam voluntatis assensionem ex se adhibeat, & credendi actionem determinet, ac proinde unumquemque Spiritui sancto efficaciter trahere volenti, tam morē gerere, quam resistere posse, neque huius gratiam unicam conversionis nostræ causam esse, sed voluntatem in ipso regenerationis initio, vt causam proximam distinctè concurrere. Nostri è diverso, &c. *Coll. Hag. pag. 335. ibid. pag. 328.* *Verba quibus eius statum exponunt VValachri.*

Hic Remonstrantium dum recitatur opinio, quædam nostris, quædam suis verbis efferunt VValachri. Quæ nostris, ita se habent uti exponunt, quæ suis, à vero quam longissimè deviant; suntque hæc: *Neminem eorum, quibus offertur Euangelij gratia, actu credere; nisi ipse ad eam amplectendam voluntatis assensionem ex se adhibeat & credendi actionem determinet*. Verùm, dicat hoc Pelagius, dicant ij, qui Deum in scripturis loquentem audiverunt *A vero quā tum aberrent.*

Rudes prorsus. nunquam, dicant, qui in Christianorum schola ἀναλφάβητοι sunt, & τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ nondum didicêre. Nos *Elementa initij eloquiorũ Dei.* affirmare hominem ex se voluntatis assensionem adhibere, quem ex se nihil quicquam cogitare B. Paulus, sine se nihil facere posse testatur ipse gratiæ largitor Christus? Nos ex se voluntatem suam determinare ad bonum? qui Deum in nobis operari velle & perficere inter ipsa Christianæ religionis rudimenta pueri adhuc velut cum matris lacte hausimus? Quod si tamen librum, paginam lineam commonstrent fratres, in qua vel Remonstrantes, vel privato quisquam nomine hoc scripserint, primi locum stylo nostro confodiemus, errorem deprecabimur, & publico scripto, ut vere Pelagianum, scripturis è diametro contradicentem, gratiæque divinæ laudibus quam maximè iniurium damnabimus. Contrà ad nauseam usque scriptis nostris & disputationibus inculcamus *Inicium, medium, finem.* nihil ex se aut suis viribus hominem posse, τὰ πρῶτα, τὰ μέσα, τὰ ὕστατα fidei & conversionis, gratiæ deberi, tamque circumspectè in hoc argumento, ubi facilis est in errorem lapsus, loqui omni studio contendimus, ut nusquam hominem boni quicquam agere dicamus, nisi gratia præveniente, concomitante, subsequente, adjutum instructumque, ne doloso nos pede premens invidia & malefida suspicio, justam nos calumniandi ansam alicubi offendant. Sed misera profectò nostra sors, quorum tam aperta, tam rotunda, tam crebra confessio fidem non invenit, qui quod affirmamus negare, quod negamus affirmare dicimur, & dum ὀρθοδοξότατοι sumus, ἑτερόδοξοι audire cogimur. Vbi nunc illæ Christianorum virtutes, Charitas, fides, synceritas? Dormiunt? Vtique *Recte sentienties, malè sentientes.* malè habere videtur fratres nostros; quod in illorum gratiam cum hæreticis loqui nolumus, aut in Pelagianorum castra nos protrudi non patimur, quo expeditâ & planâ ad nostri condemnationem via grassari ipsis liceat. Ideoque, quam non inveniunt solidæ accusationis materiam, subinde fingunt sic satis liberaliter. Sed levius hanc quoque injuriam ferimus, cum & Christo & Apostolis idem contigerit, quorum optima dicta sæpè in erroris ac blasphemiæ suspicionem detorsit hostium improbitas.

Sententia Remonstrantium de Conversionis caussis. De Conversionis nostræ Causis ea nobis sententia est, ut nec hominis ab ea voluntatem, nec Dei per verbum Spiritumque operantis gratiam excludamus, sed illam ut huic subordinatam, hanc ut illam prævenientem semper & moventem consideremus, utraque, licet diversissimis modis, ad eiusdem operis boni ἀποτελεσμ-

λειτμα concurrente. Voluntas ea eſt cauſa, quæ proximè & immediatè vult bonum, credit, ſperat, diligit. Nam cum omnis actio ex aliqua proximè potentia emanet, hos ipſos converſionis actus ad voluntatem referri neceſſe eſt, non ad Deum, quia non Deus in Chriſtum credere, ſperare, dolere, pœnitere dicitur, ſed voluntas. Vnde fit ut hanc cauſam quoque iſtorum actuum eſſe negari nequeat, niſi qui non hominem, ſed Deum in homine converti dixerit. Verum cum hi ipſi Converſionis actus altioris ſint ordinis, nec valeat naturalis & congenita voluntatis potentia illos ſuis viribus producere, ſuperiore & altioris quoque ordinis cauſa opus fuit, quæ voluntatis potentiam elevaret, & novas vires ſufficiendo voluntatem noſtram faceret poſſe, quod ex ſe non poſſet, nec hoc tantum, ſed & dum facit & operatur illa adeſſet, actumque, ut ita loquamur, comproduceret. Atque hæc cauſa Deus eſt gratioſe operans. Quare diſtinctè hic voluntatẽ ſive hominem, & Deum ſive gratiam, ut ſubordinatas quidem, ſed non ſeparatas aut collaterales cauſas intuemur, & ſecundum ſcripturas & rectam rationem, ſolum hominem dicimus credere in Chriſtum, mortificare ſuum veterem hominem & vivificare novum, cum timore ac tremore ſalutem ſuam operari, intellectu, voluntate, appetitu ſingulis quod ſuum eſt agentibus, cum ad nullum ſuppoſitum aliud hæ actiones referri poſſint, præterquam ad hominem. Rurſum, Deum dicimus ſolam & unicam eſſe cauſam, quæ gratioſo in intellectum, voluntatem, affectus influxu, has potentias prævenit, excitat, viribuſque abundè inſtruit ad actionum talium productionem, quas ex ſe, per ſe, à ſe, in ſe in æternum producturæ non fuiſſent, nec producere potuiſſent. Ideóque non homini eiuſque potentiis acceptam ferimus vel minimam converſionis laudem, aut acceptam ferri poſſe vel ulla ſpecie putamus, ſed ſoli Deo, qui ut intellectus credita neceſſaria credat, voluntas eligenda velit, appetitus appetat ſolus effectum dat.

Quidquamne hac confeſſione clarius, verius, ſcripturæ, rationi, veterum ac recentiorum Theologorum doctrinæ conſentaneum magis? Ita Perkinſus cap. 1. Cath. refor. *Dicimus enim in prima peccatoris converſione liberũ hominis arbitrium cum gratia certâ quadam ratione concurrere velut ſocium ac cooperans. Ad converſionem enim tria requiruntur, Verbum, Sp. ſanctus, & voluntas hominis. Nam voluntas hominis non eſt ſaltem, & omni modo paßiva, ſed eſt etiam ſuis quædam operatio, etiam in primâ animæ converſione.* Quod ſi

fratres

fratres sic Deum conversionis causam esse velint, ut voluntatem proximam actuum conversionis causam esse negent, alterutrum tamen statuant necesse erit: aut hominem ipsum credere, velle bonum, Deo fidere, &c. aut Deum ipsum in homine. Si hoc dicant, antiquos errores recudunt eorum, qui causas secundas nihil ope-rari contendunt, sed Deum in ipsis, sive ad eorum præsentiam. Sir illud, utique homo causa actus credendi, quia omne suppositum quod ab actione denominatur agens, actionis causa est, sive actionem producat proportionatis ad effectum viribus, uti causa principalis, sive non proportionatis, uti minus principalis, instrumentalis ac subordinata superiori causa. Quin & ipsi in antithesi, quan thesi nostræ opponunt, fatentur incauti, quod in nobis reprehendunt. Duo dicunt: & Spiritum mentes illuminare, voluntate formare, affectus sanare, & hominem accepta credendi facultate *Actu se in Euangelii obsequium addicere*, quo dicto posteriore ipso aliquam hominis causalitatem agnoscere quis non videt? Cert qui se in obsquium Euangelij addicit, causa istius addictionis es non quidem à se aut ex se operans, causa tamen.

Contra-Remōstrantium de conversionis ordine.

Denique, ut hanc quoque reliquis laciniam attexamus, inordinatus nobis semper visus fuit iste ordo, quem in convertend homine, à sp. sancto servari, tum hic Walachri, tum alibi innuunt Contra-Remonstrantes. Is hic est: Præit prædicati Euangelij. Hac ab homine Deus exigit actus fidei & pietati Actus hos exigendo per prædicationem, spiritus operatione internâ & irresistibili habitum fidei & pietatis ipse animis Electo indit. jamque fidelis & conversus est homo & per consequer justificatus, ante omnem fidei actum. His verò habitibus jam instructus, hoc est, illuminatâ mente, formatâ voluntate, sana affectibus, actiones fidei & pietatis demum producit. Cui ordini præpostero, nos alium naturæ rei, nostro quidem judicio, convenientiorem opponimus. Hunc scilicet: Prædicatur Euangelium; exiguntur fidei & pietatis actus: per eandem prædicatione & sp. sancti operationem vires homini dantur ad eliciendos act conversionis: concomitante porrò spiritu credit & benè agit homo crebris fidei, spei, charitatis, patientiæ actibus, habitum fid spei, charitatis, patientiæ sibi comparat: his comparatis, cum f cilitate, & rectitudine à voluntate actiones illæ eliciuntur, qu ante habitum acquisitum cum difficultate & dolore & majc imperfectione producebantur.

Ex his quæ jam dicta sunt, facilè περὶ τῶν ζητημάτων judicium ferri potest. Primum est de subjectis. *De quæstionibus.*

An spiritus sanctus ordinariè in omnibus auditoribus cum verbum Dei primum illis offertur parem gratiam operetur. Nostri negant. Aiunt adversarij. Hinc enim alibi reprehendunt nostros, quod gratiam Dei, quæ fidem efficaciter operatur & repugnantiam tollit viresq; ad credendum præbet, restringant ad solos eos, qui hanc gratiam accipiunt, & reipsa convertuntur. *Quæstio prima in hac controversia.*

Ad quod dicimus, nusquam à nobis affirmari, tunc, cum primum offertur verbum auditoribus, pari semper Spiritum sanctum ;ratiâ operari, sed potius hunc illum plus minusve afficere, & non arò inæquale gratiæ demensum largiri, prout sapientiæ suæ & li›errimæ voluntati commodum videtur. Verumtamen qualisunque tandem sit gratiæ disparitas, semper Spiritum sanctum ıntum gratiæ hominibus conferre, aut conferre paratum esse as:rimus, quantum ad promovendam suis gradibus hominum onversionem sufficit. Aliud longè est gratiæ paritatem agnosere quoad sufficientiam, quo sensu Prosper negat homines inæualiter vocari, sententia sup. v. cap. Gallorum; aliud verò gratiæ ıfficientis in se spectatæ omnimodam æqualitatem. Illud non ıviti concedimus, hoc gravatim concessuri sumus. Nec illud veım, quod reprehendi à nobis Contra-Remonstrantes scribunt, uod gratiam Dei, quæ fidem efficaciter operatur & repugnanam tollit viresque ad credendum præbet, restringant ad solos ɔs, qui hanc gratiam accipiunt & reipsa cōvertuntur. Quis enim ıortalium, cui integra est mens, negaverit, gratiam, quæ fidem fficaciter operatur, vires ad credendum confert, & ipsam insuper :sistentiam tollit, tantum in ijs esse, qui convertuntur? neque eim, qui conversus non est, gratiam recepisse dici potest, quæ fiem operatur efficaciter & repugnantiam tollit. Identica enim æc sunt, conversus, & is, in quo resistentia tollitur & fidem graa operatur efficaciter, sicut non conversus, & is, in quo repunantia sublata non est. Locus, quem allegant, disertè habet: *graam Dei in Christo in omnibus, qui eam recipiunt, actualiter fidem operi omnemque resistentiam tollere, non solum dando vim, vt poßint cre're, sed etiam efficiendo, vt revera ipso actu credant.* Sed, quod à notis negatur, hoc est, vti videre est eodem loco: *Gratiam in omniıs, quibus ea offertur, recipi, atque ita in ipsis actualem fidem operari.* ...uare, quin omnes, qui gratiam recipiunt, convertantur, dubium *Coll. Hag. pag. 181.* *Exponitur super hac sententia Remonstrantium.*

bium non est, licet verissimum quoque sit, non omnes, quibus e offertur, eandem recipere & ad fidem perduci. Pergunt:

Secunda quæstio. Secundum de Operationis efficacia ad intentionem operant Spiritus relata, videlicet, *Num omnes Euangelii prædicatione conve tantur, quos Spiritus sanctus convertere intenderat. Asserunt nostri, n gant Remonstrantes. Audi ipsorum verba: Spiritui sancto resisti potej quando hac intentione operatur in homine, vt convertat eum.*

Pag. 227. Tribus verbis rem illustramus. Sententia nostra est, non omn Euangelij prædicatione converti, quos Spiritus sanctus convert re intendit, hoc est, quorum conversionem ac salutem seriò, e non absolute, vult & desiderat, & velle se vocis publicæ præcon declarat. Major si quidem pars consilium Dei adversus se aspe nantur, & indignos se vita æternâ judicant. Sequitur tertiu problema:

Tertia. Tertium est de effecti quantitate. *Vtrum Spiritus sanctus co vertendis tantum largiatur sufficiens auxilium tum prævenientis, tu comitantis gratiæ, qua per modum Assistentiæ, voluntatem ita exci & moveat, vt, si velit, possit se ad credendi actum promovere; an eti habitualem gratiam* &c.

De hoc problemate, qua parte nostram explicat sententiam, judicamus, Sp. sanctum convertendis largiri auxilium sufficie & efficax prævenientis & concomitantis gratiæ, qua per modu Assistentiæ, hoc est, actionis, voluntatem ita excitat & movet, non solum credere possint, sed & velint, licet possint non velle. gratiam oblatam aspernari. Quare ea, quæ de habituum infusio ante omnem fidei actum, dicuntur, à Scholasticis & Pontific mutuata & ex Bellarmino transcripta sunt, cumque scripturis, *De habituum infusione quid statuendum.* prædicationi Euangelij, quæ acquiri illos habitus præcipit, co traveniant, meritò à nobis rejiciuntur. Quod si verò per habitu lem gratiam non ipsos fidei ac charitatis habitus, sed aliam qua dam qualitatem efficacem intelligant, non repugnamus tale qu piam in voluntatem infundi, modo à qualitate illa voluntat non irresistibiliter determinari dicant. Equidem mille gratiæ vinæ modi per nos licet excogitentur, & in exaggerandis Dei r stri in conversione hominis laudibus luxurietur quantum pot fratrum nostrorum pietas & honoris divini ardens studium. nos æmulatione idem sectabimur, & in hac arena de palma co tendere gloriosum putabimus. Tantum ille caveatur opera modus, qui essentialem voluntati indeterminationem & age indit

indifferentiam tollit. At hic ipſe quarto problemati controverſiæ argumentum præbet.

Hinc porrò alia exurgit quæſtio de operandi modo. *Magna contentione vrgent adverſarij, Spiritum ſanctum in voluntatem hominis, non alio modo, quam cui reſiſti ab eadem poßit vnquam agere, vnde Spiritus &c.*

Alia ex priore exurgens.

Multa hic à fratribus perperam adducuntur, tum quæ noſtram, tum quæ Contra-Remonſtrantium ſententiam concernunt. Noſtram quando exponunt, affirmant nos magna contentione vrgere, Sp. ſanctum in voluntatem non alio modo, quam cui reſiſti poſſit vnquam agere, & motionem Spiritus ſemper impedire homines poſſe. Verum hæc non niſi ad ordinarium converſionis modum, quem ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον vſurpat Spiritus, reſtricta volumus, non diffitentes extraordinaria interdum ratione hujus vel illius converſionem operari. quo in caſu num reſiſti ab homine poſſit vix dixerimus. Deinde addunt, docere nos, operationem Sp. ſ. etiam tum, cum ei non obnitimur, ſed obſequimur, reſiſtibilem tamen eſſe, irritamque effici à nobis potuiſſe. Quæ ſi in compoſito ſenſu intelligant, falſa, ſi in diviſo, vera eſſe fatemur. Dicamus clarius. Quatenus & quando Spiritui obſequimur, reſiſti illi non poteſt. vnumquodque enim quod eſt, qua eſt, neceſſario eſt. Sed eo inſtanti, quo obſequi vult voluntas & obſequitur, poterat velle non obſequi & obedire. indifferentia enim actus non ex ipſo actu jam producto, ſed ex cauſa indifferenter operante æſtimari debet. Verum dum ex ſua & ſuorum mente controverſiam decîdunt Fratres, voculam illam irreſiſtibilitatis, in qua totus quæſtionis cardo verſatur ſtudio omittunt. Ajunt corruptam hominis naturam Spiritus operationi perpetuò adverſari, ideò donec beneficio regenerationis ſanata fuerit, non niſi adverſari poſſe, negant adeò languidam eſſe Sp. operationem, ut cor lapideum non auferat, eiuſque loco carneum ſubſtituat: aliud eſſe oppugnare, aliud expugnare & vincere Sp. actionem. quæ omnia veriſſima ſunt, ſed nihil ad noſtram Andromacham faciunt. Quæſtionis punctum deciſuri, ajunt obſtrepere quidem Deo voluntatem, ſed Filij efficaci gratia renovatam Spiritus ductum quam promptiſſimè ſequi, At nihil hic de irreſiſtibili modo gratiæ efficacis & renovantis voluntatem. Hoc dixiſſe debebant, aut fruſtra ἀντιφάσεις inter nos & ipſos captant. Quæritur enim, num eas omnipotentiæ vires in converſione hominis ordinaria per verbum,

Notantur multa perperam dicta.

Vt plurimum

Contradictiones.

bum, explicet Deus, quibus voluntatem ad actionem necessariò & irresistibiliter determinat, ut non possit illa actum suspendere aut contrarium producere. Hoc negamus, illi rotundè non affirmant. Nec tamen si gratiam illam repellat voluntas, vinci propterea aut expugnari Spiritus dicendus est ab homine, tanquam impotentior à potentiore, quia non impotentiæ est, quod resistibilem vim adhibeat Spiritus, sed voluntatis & beneplaciti divini, juxta sapientiæ præscriptum, quæ inconveniens putat ad eam actionem reluctantem usque voluntatem omnipotenti vi determinare, quam ab homine ex pacto fœderis, per prædicationem exigit, & ex obedientia voluntaria præstari cupit.

Hæc post, quæstionem hanc de resistibilitate vel irresistibilitate hominis primitus convertendi, ad conversi jam, sed in eadem conversione magis magisque perficiendi statum applicant. Sed & frustra hic contradictionem venantur. Ipsis placet, voluntatem reliquias veteris adhuc corruptæque naturæ circunferentem posse repugnare. Nobis quoque. Ipsis placet voluntatem ut regenitam & secundum semen quod in ea manet non posse repugnare. Sed nec hîc refragamur. Et quanquam enunciatio ista: voluntas ut regenita, hoc est qua talis non potest resistere, verissima sit nihil tamen quod vel nostræ vel ullius mortalium sententiæ contradicat, habet. Quis enim, nisi excors, negaverit, voluntatem ut regenitam, ut bonam, ut virtutum habitu præditam, cum illa semper reduplicatione consideratam, non posse peccare, resistere Deo repugnare. Bonum enim qua bonum mali causa non est nec esse potest. Quare nec ille, qui ex Augustino adfertur locus nobis quicquam incommodat, sed potius fratrum de inamissibilitate (liceat his vocibus uti) gratiæ, in hoc vitæ curriculo sententiam damnat, cum Perseverantiæ felicitatem, quæ in eo consistit ut bonum non possit deseri, in eum statum reiiciat, in quo omnibus numeris comsummata erit nostra natura.

Quarto. Addunt quartum dubium: *Vtrum voluntas hominis in conversione tantum activè se habeat, an verò etiam passivè. Hoc posterius Nostri affirmant. Consideramus enim fidem, quatenus est donum Dei & actus hominis. Illo respectu dicimus voluntatem se passivè habere, quoniam Spiritu Dei novam qualitatem accipiat &c.*

An Remonstrantes ἁπλῶς negent voluntatem se habere passive in conversione

Certè hoc dubium nobis non est dubium. Probari tamen volimus à fratribus negari à Remonstrantibus voluntatem isto quo explicant sensu, passivè etiam se habere, aut affirmari, volun-

tatem

atem in ipſo converſionis momento tantum activè ſe habere·
Contrarium verum eſt. Sive enim per prævias intellectus opera-
iones moveri ſolummodo voluntatem à Spiritu dicamus, ſive
iovam quãdam qualitatem ἐνεργητικὴν in eam infundi, prius ſem-
ıer moveri ſtatuitur voluntas, hoc eſt, paſſivè ſe habere, quam Efficacem.
eipſam activè in bonum promoveat. Sed abſonum nobis videtur
fferere, voluntatem tantum paſſivè ſe habere, & ſuum motũ ad
ctum non conferre; ideoque à noſtris ſcribitur: Impoſſibile eſſe
t actus fidei irreſiſtibili modo efficiatur, & tamen actio volunta-
s maneat, nec mutetur in paſſionem, cum voluntas ex naturæ
ıæ proprietate non niſi cooperando agere valeat, quæ coopera-
o, ſi quando per influxum omnipotentiæ divinæ tollitur, non
.m agere voluntas quam pati dicenda eſt. Interim cogitent VVa-
chri, an non, dum hîc fidem Dei & hominis actionem dicunt,
: ab homine eam eſſe, quatenus ille ex qualitate divinitus acce-
:â Euangelio aſſenſum præbet; duas diſtinctas ponant ejuſdem
oni operis cauſas, Deum & hominem, quod ſuprà tamen ab ip-
; negatum fuit.

Quintum ζητούμενον hoc eſt: *Num hinc ſequatur, voluntatem no-* Quinta.
am moveri à Deo violenta impulſione, neque ſecundum naturæ ſuæ
oprietatem liberè agere, ſed homines in truncos & lapides converti. Ibid pag. 276
unt Remonſtrantes: negant Noſtri. Arbitramur enim non aboleri vo- 319. 502.
ntatem noſtram, Deo in ipſam effundente ſuam gratiam, quo minus
rè voluntas ſit &c.

Hoc ζητούμενον quod attinet, duplicem ex Contra-Remonſtran- Quæſitum.
ım ſententia neceſſitatem voluntati inferri docemus 1. neceſſi-
tem, quâ ita ad actum ſuum determinatur voluntas, vt non poſ-
oppoſitum, quę cum libertate voluntatis propriè dicta pugnat, Ex Contra-
. neceſſitatem coactionis, quæ cum ipſa voluntatis ſpontanea Remonſtran-
clinatione in objectum pugnat, & non ſolum libertatem ad op- tium ſenten-
ıſita, ſed ipſam voluntatis eſſentiam tollit; cum contra natu- tia duplicem
m appetitus ſit ferri in objectum coactè, hoc eſt, contra natura- neceſſitatem
m inclinationem. Hæc vt credamus ſuadent; quod ab vnâ par- voluntati in-
aſſerant, voluntatem natura ſua Spiritui ſancto converſionem ferri.
ıeranti repugnare, reluctari, obniti, nec poſſe aliud quam repu-
ıare, & ex principio intrinſeco converſionem averſari; ab alia ve-
parte, Spiritum ſanctum vim irreſiſtibilem & omnipotentem
hibere, quâ voluntatem, quæ obedire renuit, ad obedientiam
:ctit. At duabus iſtis condicionibus philoſophi coactam actio-

 nem-

nem definiunt. 1. si repugnet principio interno, 11. si à causa externa potentiore, & reluctantem potentiam superante producatur. Nec effugiunt, si dicant Sp. sanctum facere voluntatem ex nolente volentem. Hoc enim ipsum est de quo quæritur: An ex nolente faciat volentem irresistibili potentia, an relictâ voluntati libertate non volendi aut nolendi. si prius eligant, duas supradictas coactionis proprietates istic reperire est. Quod dicant, velle nos excitari tantum voluntatem Spiritus operatione, ipsam verò facultate in alterutram partem æquè propendente, si velit, bonum eligere, verum non est. quod vel ipsorum testimonio docetur, qui non excitantis solum, sed & comitantis gratiæ auxilium à nobis agnosci jam paulò antè scripsere. Excitatur à gratia voluntas, bonum eligit, sed non sine gratia ad ipsum quoque volendi actum concurrente. ne quis vires tantum credendi Deo, actum nobis tantum adscribi criminetur. Et quid quæso hoc est, voluntatē, si velit bonum eligere? annon voluntatem si velit velle bonum? at quæ hæc in re manifesta nugatio? aut volunt VValachri, voluntatem bonum eligere, si nolit. at hoc oppositum est dare in apposito.

Sexta.

Sextò in quæstionem venit, *Vtrum dogmate nostro vera præcipiendi & obediendi ratio tollatur. Putant enim Remonstrantes ex eo sequi Deum præcipere, vt suum opus faciamus, & nos vbi per ipsum facimus, non obedire ipsi, quoniam & ipse, quod præcipit, faciat in nobis, & nos qui facere dicimur, non volentes per nos, sed coacti per ipsum faciamus, &c.*

Ibid. pag. 282. 285. 233. 291.

Hujus quæsiti pars affirmativa nobis probatur. Putamus enim uti rectè annotant VValachri; Deum secundum ipsos præcipere ut suum opus faciamus, & nos ubi per ipsum irresistibiliter ad operamur, nequaquam ipsi obedire: quoniam & ipse, quod præcipit, faciat in nobis, tanquam sola & unica actionis causa; & nos quod facere nolimus, velle tamen per omnipotentiam adigimur. Quæ cum verissima sint ex Contra-Remonstrantium sententiâ, veram & præcipiendi & obediendi rationem tolli nobis dubium non est. Adhæc cum voluntatem acceptâ benevolen promptitudine in actum se exerere dicunt, eamque velle, non Deum per ipsam, an non voluntatem jam caussam istius actus faciunt? dumque paulò post ajunt, *habere hominem, quo actus à Deo simul agat*, an non voluntatem hominis concausam & cooperantem faciunt? nisi causam esse negent eam, quæ à superiore vires agendi mutuatur, quo posito nihil inter res creatas causalitate aliqua fungi poterit.

Veram item præcipiendi & obediendi rationem tolli

Pr

Prætereà hoc ſciat R: T. non idcirco à nobis dictum, Deum ex Contra-Remonſtrantium ſententia in homine velut in ſtatua o-perari, quia in nobis operari dicitur volendi & agendi vires, (nam d ipſum & nos agnoſcimus) ſed quia, præterquam quod vires lar-giatur, etiam actum, quem exigit, modo irreſiſtibili in nobis ope-rari ab ipſis aſſeritur. Vt tamen diverſimodè Deum in homi-ne ac in truncis agere oſtendant, tale diſcrimen adducunt: *Non agere Deum in ſtipitibus ac truncis, vt etiam ipſi ſecundum modum creaturæ rationalis ſimul agant, quoniam facultates, quibus actis ipſi ſi-mul agant, minimè habeant. De homine verò ſecus ſtatuendum eſſe, qui um habeat, quo actus à Deo ſimul agat (quamvis hoc etiam à Deo ha-beat) verè & agere & obedire Deo dici.* At nullum hic diſcrimen atur operationis divinæ in homine & trunco, deſumtum ex mo-o & efficacia operandi, ſed ſolum ex parte ſubjectorum, homi-is & trunci, inter quæ infinitum intercedere diſcrimen nemo ificiabitur, niſi qui truncus ſit aut ſtipes, ideoque quid mirum, ſi on poſſit truncus & ſtipes ſecundum modum creaturæ rationa-s ſimul agere, ſicut nec homo ſecundum modum creaturæ irra-onalis aut non rationalis. Quod ſi eâ quam Contra-Remon-rantes urgent ratione Deus hominem convertat, nullum nos iſcrimen videre ingenuè fatemur inter hominis & trunci vivifi-ationem. Cum enim in homine quantumvis voluntate prædito a operetur ex ipſorum placitis Deus, vt non poſſit non voluntas gere id quod agit, & ſola converſionis cauſa ſit Spiritus gratia, on cooperante voluntate, & hæc ex innato principio reluctans piritui ad obedientiam tamen potentia cui reſiſti nequit flecta-r, ita quidem, vt cauſa iſtius actus dici non poſſit; certè non ium hunc eſſe agendi modum cenſemus, quam ſi ex lapidibus ios Abrahæ eſſet facturus Deus, aut ex limo terræ Adamum, aut contra naturalem inclinationem molem aliquam ſaxeam ſur-m attolleret. Breviter, non magis ſpontaneè, nedum indiffe-ntur, quod eſſentiale eſt libertati, ad converſionem ſui concur-t homo, quam cum truncus aut lapis motu non naturali à mo-re impellitur.

Quale diſcri-men operatio-nis divinæ in homine & trunco.

Agmen claudit hæc quæſtio: *Vtrum ſola Spiritus efficax gratia fidei & regenerationis cauſa, an etiam voluntas hominis. Hoc Re-onſtrantibus placet. Illud verò Noſtris. Illi enim ad hos, &c.*

Septima.

De hoc problemate quid ſentiamus abundè ex ſuperioribus nſtare poteſt. Sed quam inſigniter hic ſibi contradicant & ſe-

cum

Notatur contradictio in huius quæstionis propositione.

cum pugnent jam manifestum fiet. Voluntas, inquiunt, non e[st] causa fidei & regenerationis. Cui opponimus has ipsorum con[-] tradictorias: *Fides est actio hominis, voluntas accepta benevolendi prom[-] ptitudine se in actum exerit, voluntas se in Euangelij obsequium addi[-] cit, homo actus à Deo simul agit.* Rursus, cum, vt probent volunta[-] tem non esse causam fidei & regenerationis, aiunt velle esse hom[i-] nis, sed bene velle solius gratiæ, quærere libet, An in actu bene[-] volendi, numero differat actus volendi, ab eodem, quatenus e[st] bene-volendi actus. Sin affirment, primò necesse est dicant bo[-] nitatem esse aliquid superadditum actui, quod falsum. secund[ò] hoc superadditum esse causam multitudinis in actu, cui adhære[t] quod etiam falsum, quia bonitas si fortè modificat actionem, t[a-] men non facit, vt actio bona numero, differat à se, quà actio e[st.]

Bene velle à volũtate esse.

Si negent, & eundem credant esse actum, utique jam velle n[on] erit à voluntate & benè velle à sola gratia & non à voluntate. h[æc] enim reale discrimen inferunt. Et quanquam in actione ad[ia-] phora ad finem bonum comparata, distingui possit inter actu[m] qua indifferens est, & eius bonitatem extrinsecus advenientem hic tamen in iis actionibus, quæ per se honestæ sunt, ne conc[ipi] quidem potest, quomodo à voluntate sit velle bonum, obed[ire] Deo, credere in Christum; à gratia verò benè credere, obedi[re,] velle bonum; cum ab illis actionibus inseparabilis sit bonitas [quæ] per se honestatem habeant.

Etiam ex ipsa VValachrorũ sententia.

Sed quin ex ipsis Walachrorum verbis ostendimus etiam [be-] nè velle esse à voluntate. Quod sic concludimus: Si voluntas [in] Euangelij obsequium se addicit, acceptâ benè volendi prom[p-] tudine in actum se exerit, si fides est actio hominis, si Euange[lio] assensum præbet homo, utique à voluntate non tantum est ve[lle,] sed & bene velle. Antecedentia ipsorum sunt, ergo & conseque[ns.] Et eccam novam hic contradictionem. Supra dicunt: Fidem [esse] actionem hominis, hic reprehendunt Remonstrantes, quod [di-] cant hominem credere, ideoque fidem esse hominis opus, [hoc] est, actionem, operationem. Vsque adeò difficile est, ubi sem[el à] vero recesseris constantem servare in dicendo orationem, ext[or-] quente subinde vel ab invitis vel ab incautis sui confessionem [ve-] ritate. Sed clariora hæc sunt, quam vt vel mediocris eruditio[nis] Theologos latere debeant, & minoris momenti, vt in ijs explic[an-] dis operosiores simus. Neque enim in hoc Christianorum [lis] versantur, utrum voluntas excitata à gratia & eadem comita[ta] ac[-]

ctionum spiritualium causa sit proxima, sed potius: Num citra gratiam supernaturalē istiusmodi actus edere valeat, Num gratia ad facilitatem credendi, non vero per se necessaria sit: Num in successu quidem conversionis, nequaquam tamen in inicio opus sit gratiæ auxilio, & quæ sunt plura inter orthodoxos Patres & Pelagianos Semipelagianosque ventilata olim themata. Nec tamen, ut obiter hoc moneamus, fugit nos illud Bernardi dictum: Simpliciter velle hominis est, malè velle corruptæ naturæ, benè velle supernaturalis gratiæ. Sed minimè eò significatum voluit, benè velle non esse voluntatis à gratia excitatæ, sed non esse voluntatis irregenitæ aut supernaturali gratia destitutæ. Cum tamen velle πλῶς sit naturæ & voluntatis etiam citra illam gratiam. Neque de eodem actu singulari, puta fidei, aut pietatis dixerit unquam, velle credere, velle piè vivere esse voluntatis, at benè credere, benè velle piè vivere esse solius gratiæ & non voluntatis. Voluntatis enim hæc sunt, non ex se aut suis viribus operantis, sed gratiæ prævenientis & comitantis auxilio instructæ, ἀκατάληπτον prorsus est, quomodo benè velle non sit à voluntate & tamen ipsum velle, quod in singulari actu numero idem est cum actu benè volente sit à voluntate. *Simpliciter.* *Incomprehensibile.*

Restat quinta Controversia, de PERSEVERANTIA SANCTORVM, de qua sic Walachri: Quinta Cõtroversia de Perseverantia Sanctorũ.

Remonstrantium sententia est: Verè credentes & Spiritus vivifici participes, accepisse quidem vires, quæ satis superque sufficiant superandis Christi beneficio omnibus fidei obstaculis, & obtinendæ victoriæ, posse tamen salutiferæ gratiæ iacturam pati, tandemque eò per negligentiam, &c.

Sed crebra hic quoque est à veritate aberratio. Scribunt sententiam nos, neminem de salute æterna certum esse posse, idque ob hanc causam, quia non solam Dei gratiam perseverantiæ causam esse, sed & hominis voluntatem asseramus, adhæc, laudabile esse, imò expedire filijs Dei de gratiæ integritate ac cõstantia nullis insultibus expugnanda dubitare. Contra verò sententiam nostram illam esse inficiamur, hanc autem esse profitemur: Hominem de salute æternâ certum esse posse & debere: Solam Dei gratiam esse perseverantiæ causam supernaturalem, quæ facit vt voluntas nostra perseverare & possit & velit. De gratiæ verò integritate ac constantia nullis insultibus expugnanda dubitare non laudabile, sed illaudabile esse. Dei verò filijs illam dubitationem non expe- *Remonstrantium sententiam hic non proponi ex vero.*

dire, nisi fortè per accidens, quatenus oborta dubitatione cura i illis & sollicitudo acuitur piè sanctéque vivendi.

Dubia in hac Cõtroversia. Dubia quæ ex hac controversia resecantur hæc sunt:

Primum. *Primum, an qui verâ fide & Spiritu regenerationis donati fuerun planè ac finaliter destitui, & æternum perire poßint, Nostri negant &c*

Inter dogmata hæc controversa primum admittimus, secu dum repudiamus. Neque enim nobis controversum est, an pe *Impœnitendi.* severantia sit Decreti immutabilis & ἀμεταμελήτυ in Dei filijs perantis effectum. quin sit non dubitamus. Sed hoc controver tur, an sit effectum absoluti illius decreti, quo Deus singular personas nulla condicione obedientiæ circumscriptas elegit. n *Quid hic cõtroversum.* negamus. verum ex illo Decreto perseverantiam fluere arbit mur, quo decrevit Deus credentibus jam & medijs ad persev randum institutis ritè utentibus eorundem mediorum copia abunde facere, nec Sp. sui assistentis gratiam vnquam denega aut eosdem, prius quam deseratur ab ipsis, deserere. quin etiam i terdum ex eo decreto fluit perseverantiæ donum, quo etiam deserentes Deus, pro multitudine misericordiarum suarum pı venire, in viam revocare & convertere proposuit. Ad tertium cimus, nos & prius cum Walachris, & posterius affirmare, ı ullam inter illa esse contradictionem. Etenim pendet à sola I gratia perseverantia, quatenus illa hominem sola ad officium citat, & paratum reddit viribusque ad perseverandum instruit. nihilominus voluntas proxima & sola est perseverationis ca physica, quia voluntas perseverat in fide & pietate, non Deus perseverat liberè, secundum nativam voluntatis humanæ in l vitæ stadio indolem ac proprietatem. At hic denuò expedia quomodo sanctos perseverare dicant, & voluntatem suæ pe verationis causam proximam esse nolint.

Quartum problema transeat. Quinti problematis mem non sunt contradictoria, neque enim sunt ejusdem vtrobi prædicati. Prius membrum habet: Vtrum filij Dei in hac mil constituti de victoria ac salutari eventu certi esse possint. Po rius, an potius de salute sua dubitare ipsis expediat & lauda sit. Certè aliud longè est; non posse certum esse de salute sua liud laudabile & utile esse de salute sua dubitare. Posterius i quam affirmamus, ne quidem illo loco, quem allegant VV chri. Ad prius distinctione respondemus, distinguendo inter titudinem de salute & Dei erga nos favore pro statu præsenti

pro statu futuro. Pro statu præsenti, sicut quemlibet verè fidelem de fidei suæ integritate certo persuasum esse posse & debere credimus, ita & de salutifera Dei erga ipsum benevolentia certum quoque esse posse & debere judicamus, nisi promissis Euangelicis diffidere, & de apertissimis Dei oraculis dubitare sustineat. Pro statu futuro certitudo vel absoluta sit necesse est nulli innitens condicioni ab homine præstandæ, qualem dari negamus, vel condicionalis pari semper cum ipsa perseveratione passu vadens, quâ quis certus est de salute, etiam in tempus futurum, siquidem in fide & pietatis studijs perseveret. Vtrum verò certus esse possit, se perseveraturum in fide non dixerimus, imò de hoc dubitare & laudabile militi Christiano & ad excitandum veternum & torporem animæ in religionis negocio perquam vtile arbitramur. Sola hæc illi suffecerit certitudo, quâ scit nec Deum, nec sufficiens Dei auxilium illi defuturum vnquam, modo suis ipse non desit partibus & peccato victas manus vltro dare velit.

Sententia Remonstrantiũ de certitudine salutis.

Ad postremum paucula hæc adjicimus. Doctrinam non de perseverantia sanctorum, sed non possibili fidei & per consequens salutis amissione peccandi commeatum fidelibus facere, sollicitudinem & tremorem salutarem elidere, adeoque ad subdendos carni pulvillos comparatam esse. præcipuè cum fideles nullis peccatis, aut flagitijs salutis suæ jacturam pati posse, aut passuros unquam, docetur; nec mori posse in peccatum aliquod horrendum collapsos, sed necessariò antè vitæ finem conversos iri. Quod quid aliud est, quam expositum tot tantisque adversarijs hominem, in hoc, quod certandum est certamine, securum præstare? Nec tamẽ diffitemur ea moderatione & prudentia in hoc dogmate versari quamplurimos, præcipuè apud populum, ut nullo pietatis cursum injecto scandalo remorentur, sed mixtis consolationi hortationibus & comminationibus serijs quam maximè promoveant.

HAbes Vir doctissime ad quinque illa ζητημάτων capita simplicem, crassam & omnis artis expertem responsionem. ex quâ satis constare opinamur, quam non raró, quam non leviter in statu controversiæ formando hallucinati sint fratres; sive hoc fit non attenta satis rerum omnium (est enim latissimus huius argumenti campus) observatio, sive prava quarundam quæstionum in difficili hoc & salebroso argumento intelligentia, sive sen-

Quæstionum

tentiæ noſtræ ignoratio, ſive nimius, quo in partes Contra-Re-monſtrantium feruntur amor, qui veritatis judicium vt plurimum obnubilat & genuinum rei ſchema immutat. Quidvis enim credere malumus, quam ut ſtudio hic prævaricatos fratres credamus Falli, labi, errare, humanæ naturæ vitia ſunt, in quibus veniam petimus damuſque viciſſim, & ipſi mortalitati convicium faciat oportet, qui errorem in homine calumniari volet. Et de his quidem controverſijs aliquot annis inter nos & Contra-Remonſtrantes diſputatum, majore quam vnquam contentione. De hi in Hollandiæ Eccleſijs aliquot, Geldriæ & Tranſyſulanæ mot ſunt certamina, & dum plenis irarum animis in ſacris concionibus apud promiſcuam plebem odioſiſſimè exagitantur, & ſcripti maledicis divulgantur, diſſentientes adhæc irâ potius, anathemate & ex Eccleſijs ejectione, quam commiſeratione digni cenſentur, maximis ubique calamitatibus involvuntur Eccleſiarum re & quæ rancidulis ſcholarum controverſijs potior eſt charitas i fraterna denegerat odia. Ridente Mauro, nec dolente Iudæo. Vtrajecti Eccleſias quot attinet, vtcunque ante annos aliquot ea dem quæſtiones iſthic, licet parcius, motæ ſint, tamen ex quo mutua inter diſſidentes paſtores ſancita fuit Ordinum Vltrajectenſium auctoritate toleratio, omnes Diœceſeos iſtius Eccleſiaſtæ nimis conjunctiſſimi, licet ſententijs diſcrepantes, vixêre, quotidie incredibili Eccleſiarum incremento magniſque ſucceſ bus Reformationis negocium vrgent, diſcuſſique errorum pap lium tenebris purioris doctrinę facem palanti adhuc multis in l cis populo præferunt. Nec minor eſſet Vir cl. Eccleſiarum n ſtrarum felicitas, (novit ille Eccleſiæ ſuæ ἀρχιποίμην Chriſtus) ſi pauciſſimorum obſtaret implacabilis offenſio & immoderat rigor, qui animos ſuos & conſilia, non ad ſarciendam, ſed ad rimendam magis magiſque concordiam conferunt. Præter il autem Controverſias, alias nos non habere, de quibus cum Contra-Remonſtrantibus contendamus, obteſtati ſumus non ſem ut ſi in his aliqua commoda & æqua conciliationis ratio iniri p ſit, (optimam autem iniviſſe Hollandiæ Ordines ſuo decreto bitrantur) futurum ſit, ut noſtra vel noſtrorum culpa diutius h ce certaminibus inquietentur Eccleſiæ. Quin potius omnem n fidem diligentiamque adhibituros ſanctè ſpondemus, ut hæ ip controverſiæ placidè inter doctos in ſcholis ac collegijs tracte tur, apud populum vel idem de his, vel ſinguli ſuam tempeſti

Princeps paſtorum.

An præter quinque capita alia hic ſint controverſa.

ſine inſectatione ſententiam promant. Enimverò, quamvis manifeſta ſit in his dogmatibus opinionum diſcrepantia, tamen in quamplurimis, etiam quoad hæc ipſa dogmata, maximique momenti theſibus nobis cum Contra-Remonſtrantibus convenit.

Circa primum Controverſiæ caput hæc cum Contra-Remonſtrantibus nos credere profitemur:

1. Deum æterno & immutabili decreto ante jacta mundi fundamenta de ſalute humani generis ſtatuiſſe.

Quoad ea ipſa in multis conſentire Remonſtrantes cum Contra-Remonſtrantibus.

2. Decretum illud de ijs factum eſſe, qui ex lapſo genere humano per gratiam Spiritus ſancti in Ieſum Chriſtum Filium ſuum eſſent credituri, inque ea fide & obedientia fidei uſque ad finem perſeveraturi.

3. Decretum illud factum eſſe in Filio ejus Ieſu Chriſto.

4. Placuiſſe Deo ab æterno perſonas quaſdam ſingulares eligere ad vitam æternam.

5. Electionem iſtam niti ſola gratia & miſericordia Dei in Chriſto, non ullis meritis aut dignitate hominum.

Circa ſecundum hæc:

1. Chriſtum pro cujuſvis ordinis, ſtatus, ac generis hominibus mortem oppetijſſe.

2. Sufficiens in ſe fuiſſe mortis Chriſti λύτρον tollendis omnium ac ſingulorum hominum peccatis.

3. Vim & efficaciam mortis Chriſti hominibus indiſcriminatim proponi.

4. Neminem mortis Chriſti merito reipſa participem fieri remiſſionis peccatorum, præter ſolos credentes.

5. Proinde incredulos ſalutari mortis Chriſti fructu in æternum privari.

6. Non omnes homines per Chriſtum reapſe in integrum reſtitutos & in ſtatum gratiæ repoſitos eſſe.

Circa tertium & quartum hæc:

1. Hominem fidem ſalvificam non habere à ſe, neque ex viribus liberi arbitrij.

2. Hominem in ſtatu defectionis & peccati nihil boni, quod vere bonum ſit, ex ſe & per ſe poſſe cogitare, velle, agere.

3. Opus eſſe, vt homo à Deo in Chriſto per Spiritum ſuum ſanctum regeneretur & renovetur, intellectu, affectibus, voluntate & omnibus viribus, ut bonum rectè intelligat, cogitet, velit, perficiat.

4. Gratiam iſtam Dei eſſe principium, continuationem & conſummationem omnis boni.

5. Hominem etiam regenitum ſine præveniente iſta, excitante, ſubſequente & cooperante gratia non poſſe bonum cogitare, velle, agere, vel ulli tentationi ad malum reſiſtere.

6. Omnes actiones bonas, vel operationes, quæ vel cogitar poſſunt, gratiæ Dei in Chriſto adſcribendas eſſe.

Circa quintum hæc ſequentia:

1. Non tantum fidem, ſed etiam perſeverantiam in fide neceſſariò ad ſalutem requiri.

2. Credentibus vires abundè ſuffici à Deo, ad perſeverandum in fide.

3. Credentibus, ut perſeverent in fide, opus eſſe, ut Deum timeant, à peccatis abſtineant, illa oderint, & ſalutem ſuam operentur in timore & tremore.

4. Illos quantiſper manent credentes, manere quoque in gratia, & benevolentia divina, & quidem eouſque, ut nullis fraudibus vel Sathanæ potentia poſſint eripi è manu Chriſti.

5. Eos ſine continuo adſiſtente & cooperante auxilio grati divinæ nec perſeveraturos, nec poſſe perſeverare.

6. Poſſe eos in gravia, & atrocia delicta prolabi, quæ adverſus fidem, dilectionem & propriam conſcientiam impingant.

7. Fidem & dilectionem in credentibus poſſe debilitari multis partibus minui.

9. Quum credentes incidunt in peccata, Deum non pronus ipſos deſerere, ſed manum porrigere ad reſtitutionem, ad ut per Deum non ſtet, quo minus reſtituantur.

10. Credentes poſſe aliquo modo excidere ex fide.

Aut à primâ illâ in Chriſto ſimplicitate defleximus, & inextcabili ſublimium quæſtionum labyrintho involvimus Chriſtianrum fidem, aut qui jam enumerata de Prædeſtinatione ejuſq annexis credunt capita ſatis hac Theologiæ parte eruditi nobis πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ instructi nobis videntur. Accedit, quod & ſup iſtis capitibus conceptos Canonas Carthaginenſium, Mileviorum, Arauſicanorum, adeoque ſententias Proſperi ſuffrag noſtro comprobemus.

Ad doctrinā, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem quæ in iuſtitia eſt.

Poſt harum, quæ compertæ ſunt Controverſiarum examen, non compertas tranſit Walachrorum Epiſtola, & enuclea

quæſt

[q]uæstionibus, de quarum conciliatione spei nonnihil reliquum [e]sse creditur, eas aggrediuntur, quæ, ut ajunt, causam præbuerunt, cur Contra-Remonstrantes in quinque illis Controversis [c]apitibus de modo incundæ concordiæ cogitare detrectarint De [q]uibus in vniversum hoc dicimus, nihil Remonstrantibus in hac [a]rena negocij esse, quin potius invitos illos propelli & protrudi [i]n novam palæstram, in qua cum Fratribus suis contendere nec [p]roposit ipsorum est, nec componendis hisce Ecclesiæ motibus [co]nducibile. Quod si ex charitate, non verò credula suspicione, [q]uæ δεινόν ἐστιν ἀνθρώποις κακὸν, de nobis judicare in animum in[d]ucerent, nec arreptis hinc illinc accusationum ansulis, & detor[ti]s in deteriorem sensum nostrorum scriptis sermonibusque, no[va]e litis materiam captarent, aut non inventâ imaginarium sibi [d]idium fingerent, jamdudum, si non de sententiarum veritate, [sa]ltem de colenda inter nos pace transactum fuisset. Sed quidam [...]irâ turbandi omnia & extremis malis involvendi libidine con[te]ntionis funiculum trahere gestientes, primum non ferendam [e]sse Remonstrantium in quinque istis Articulis sententiam pro[be]re aggressi sunt, adeoque omnia & singula Christianæ fidei do[g]mata ijs labefactari apud plebem scriptis concionibusque pane[gy]ricis asseruêre, & si qua moderationis consilia à quibusdam sug[ge]ri viderent sugillarunt, & contumeliosis vocibus consilia pari[ter] & consultores acerrimè insectati sunt. Deinde ut graviore [ca]usam nostram invidia onerent, conquisitis, quâ possunt arte & [st]udio accusationibus, nunc de Delphensi colloquio & negata à [no]stris declaratione, nunc de Vorstij, aliorumque opinionibus [qu]erimonias moverunt, adeoque quicquid hoc turbatæ Eccle[siæ] & neglectæ disciplinæ Ecclesiasticæ tempore à quoquam per[pe]ram commissum scriptumque esse creditur, in communem [o]mnium Remonstrantium causam devolutum fuit. VValachri [Fr]atres, quamquam, quid de quinque Articulorum necessitate [se]ntiant, apertè non exponant, tamen posteriorem quoque crimi[nu]m urnam, qua possunt curiositate movent, & in varijs religio[ni]s, præter jam dicta, capitibus, iisque maximi ponderis desertæ [ci]s veritatis reos citant. Quare & hic eos loquentes audiamus.

Remonstrantes inviti propelluntur in novam palæstram.

Malum est hominibus formidabile.

Ita illi: *Atque hæc ferè sunt, de quibus in Ecclesiis aliquot Hollandiæ, Geldriæ, Transysulanæ, omnibusq; ferè Vltraiecti, certamina iampridem mota, quotidie cum incredibili Ecclesiæ detrimento & infirmorum hominum offendiculo & adversariorum vndiq; se ostentantium.*

tantium mirificis incrementis & sarcasmis in deterius augentur. Neque in obscuro est, Remonstrantes quamplurimos præter hæc, quæ recitavimus controversiarum capita, longè plura intus alere, quibus a Ecclesiarum Reformatarum Confeßione abeunt, vtcunque se huic hærere simulent, adeoq; si in quinque illis controversiis ratio aliqua compositionis iniri poßit &c.

At nos per eam, quæ Christianos omnes Christo adunat fidem per si quid Charitas boni de nobis præsumere adhuc potest, au ut præsumat ingenua nostra suadet confessio, R. T. & quotquo hæc lecturi sunt obsecramus, ut in re tam ardua, in qua non d stillicidijs aut fundis, sed de Ecclesiæ Christi, quam sanguine su acquisivit, tuenda incolumitate agitur, simulationem omnem & hypocrisin, à nostro pectore quam longissimè abesse credan nosque in toto hoc negocio ea versari fide, & religione, qua ec oportet, qui in Dei, Angelorum & Spiritus per Ecclesias ambu lantis conspectu loqui se, & scribere & consilia sua conferre nc addubitant. A confessione reformatarum Ecclesiarum non rec dimus, sed ei nos adhærere profitemur. Quod si tamen in Syno do nationali ejus recognoscendæ ex more fiat potestas, non grav bimur nostras quoque observationes in medium proferre, & a ditis super ijs fratrum judicijs suffragiisque ad Ecclesiæ ædificati nem, veritatis propagationem, & pacis in vnitate Spiritus conse vationem, studia nostra consiliaque conferre. Si verò nos priva autoritate ab eadem recessisse probari possit, nec errorem agno cere, nec veniam facti deprecari detrectabimur, scientes, uti p blica Ecclesiæ voce istiusmodi approbari solent scripta, ita n posse utiliter & εὐτάκτως, nisi publica ejusdem voce corrigi, resc di aut recudi. Quare, quæ hic sunt VValachrorum de nobis ἄσ γα & inclementiora judicia, patienter ferimus & hanc quoq, quæ illis humanitus accidit, infirmitatem ex animo condonam. Ne tamen temere hæc affirmare videamur & de consensu solu nostro in reliquis gloriari, quas in contrarium adducunt probat nes, religiose expendamus.

Non recedunt à Confeßione Ecclesiarum Reformatarū.

Ordinatè.

Examinantur rationes quæ in contrarium adducuntur.

Prima est petita ex colloquio Delphensi, in quo Remonstr tes præcise denegasse scribunt, sententiæ suæ de dogmatibus quot cum recepta doctrina pugnantibus expositionem. Sunt tem dogmata hæc: De perfecta satisfactione Domini nostri Iu Christi pro peccatis nostris præstita, de Iustificatione hominis ram Deo, de Fide salvifica, de Peccato originali, de Certitude

Prima petita ex Colloquio Delphensi.

salu

ſalutis, de Perfectione hominis in hac vita.

Sed quam ſuſpectæ veritatis tota hæc ſit narratio, noſtrarum e- rit partium demonſtrare. Colloquij Delphenſis occaſio, ſucceſ- ſus, eventus ita ſe habent. Quum Illuſtriſſimus quidam patriæ noſtræ Heros, pacis militiæque ſtudijs Belgis ſuis notiſſimus, vo- catis ad ſe duobus paſtoribus, quorum vnus Remonſtrantium, alter Contra-Remonſtrantium partes tuebatur, ſignificaviſſet, ſi- bi ex animo dolere diutinis hiſce Eccleſiaſticorum certaminibus florentiſſimas Belgij Eccleſias peſſundari, ſeque unicè optare, ut ex conſilio aliquot vtriuſque partis Eccleſiaſtarum ſeriò & quam citiſſimè diſpiceretur, num quâ ratione eæ, quæ quinque Articu- lorum nomine ventilabantur diſputationes componi poſſent: & ſinguli, pro ſe quiſque, operam ſuam promovendo tam pio operi liberaliter addixiſſent, factum, ut primo poſt tempore terni vtrin- que Delphis de negocio iſto deliberaturi convenerint, magnaque noſtros erigebat ſpes, futurum, ut aliqua componendi diſſidij ειλικρινὴ ratio iniretur. Verum cum ad ſermones deventum & multis vtrinque diſceptatum eſſet, noſtri, (quod ineundæ pacis caput eſſe videbatur) ut de neceſſitate articulorum controver- ſorum ſententiam dicerent Contra-Remonſtrantes, petivêre, &, cum eos in Paſtoribus Eccleſiarum ſalva fidei ſalvificæ integritate ferri poſſe crederent, exponere dignarentur: addentes, ſi non to- lerabiles eos eſſe judicarent, fruſtrà de ſarcienda Eccleſiæ pace ul- terius laborari, ſin tolerabiles faterentur, de modo redeundi in gratiam cogitari poſſe & ſine mora cogitandum eſſe. Contra-Re- monſtrantes verò reſpondere ad hoc gravati ſcripto noſtris exhi- buere theſes aliquot & antitheſes numero triginta ſeptem, qua- rum illis ſuam & Eccleſiarum Belgicarum, uti præ ſe ferunt, ſen- tentiam de memoratis ſupra capitibus definientes, his, contra- riam, quam noſtrorum quibuſdam probari dicebant, rejecêre, addebantque, ſi idem ſecum de his capitibus ſentire profiterentur Remonſtrantium quotquot ſunt, cogitaturos tunc ſe, num quæ ineundæ pacis via iniri queat. Noſtri, quamvis iniquiſſimum pu- tabant, ad trium Paſtorum, (tot enim aderant, non publico Ec- cleſiæ, ſed privato nomine) lubitum, de iis capitibus denuò ſen- tentiam explicare, de quibus ut dubitare eos ſuſpicarentur, cauſa non erat; non tamen reſponſionem ἀποτόμως detrectarunt, ſed contra potius hoc reſponſi dedêre: Inſtitutum fuiſſe hoc collo- quium, non vt de alijs quæſtionibus novæ moverentur lites, ſed

Eius historia.

Præcise.

vt præſentes tollerentur, non ut in hujus vel illius fidem novo exa mine denuò inquireretur, ſed vt de modo ſopiendi comperta controverſias deliberaretur. Paratos tamen ſe fore, quovis tempo re ſuam de iſtis capitibus aperire ſententiam, modo hoc à Con tra-Remonſtrantium æquitate impetrare liceat, ut litem Remon ſtrantibus movere ob quinque Articulos deſinant, & liberum hi relinquant Eccleſiæ Paſtoribus ſuum judicium. Hoc ſi promit tunt, non gravari ſe explicatam de illis capitibus ſententiam dice re. Alias inani pacis ſpe lactari Remonſtrantes, & quotquot i exſpectatione ejus ſunt Eccleſias, quamdiu non conſtet, illæſo fi dei fundamento ipſorum de Prædeſtinatione & ejus annexis aſſe tiones ferri poſſe.

Atque hæc vt veriſſima eſſe videas, verba noſtrorum ex ſcript tum temporis Contra-Remonſtrantibus exhibito excerpta acc pe: *Quare petimus etiamnum fraternè & amicè, vt Fratres ordiant à quinque theſibus publicè inter nos controverſis, & ſuo nomine citra liorum præiudicium exponant, an tolerabiles illas eſſe & in Eccleſia D doceri poſſe iudicent, an minus. Si negant Fratres, (ſicut in collatio iam nunc fecerunt) patienter poſſidebimus animas noſtras, neque erim fratribus poſthac de ijs moleſti, ſed amicè diſcedentes Deo eventum con mendabimus: Sin affirmant, pollicemur coram Domino, nos ad illa, q proponunt nobis, ita ſecundum petitionem illorum ſententiam noſtra explicaturos, ſicuti ex ſincerâ conſcientia poſſumus & debemus. Qua condicionem confidimus illos, ac quotquot pacis ſunt ſtudioſi acceptur & eò mutuam operam collaturos, vt, quicquid præterea turbarum e tollatur & ſua Eccleſiæ tranquillitas reſtituatur.*

Videt vtique R. T. nos reſponſionem præciſè non denegaſſ ſed æquiſſimâ & neceſſariâ ad pacem lege, de reſponſione fide feciſſe. Præterquam, quod privatâ vnius aut alterius operâ fab catæ eſſent Theſes iſtæ & Antitheſes, & falſo Eccleſiarum Bel carum nomine venditarentur, cum nec audita nec conſulta ſup earum veritate unquam fuerit ulla totius Belgij aut Confœdera rum provinciarum Eccleſia, nec receptam in Eccleſiis hiſce vn nimi conſenſu doctrinam (ſed quorundam ſubinde Theolog rum placita) multis in partibus profiterentur. Accedit, quod ea ijs Theſibus immiſcuerint dogmata, quæ quinque controve ſis articulis continebantur. puta themata aliquot de Certitudi ſalutis. quod quid aliud fuit, quam omnem ferendi nos ſpem pr cidere, niſi velimus παλινῳδεῖν, & damnatâ eâ, quam de iſto d

Recantare.

gma

gmate in Collatione Hagiensi prodidimus, sententiâ, captivam dare conscientiam. Ne tamen monstrorum quidpiam in istis capitibus alere videremur, & nulla suspicacibus ingenijs pejus quidpiam de nobis cogitandi superesset occasio, non semel affirmavimus, uti affirmamus adhuc, nos, de Perfecta satisfactione Domini nostri Iesu Christi pro peccatis nostris præstitâ; De Iustificatione hominis coram Deo; de Fide salvifica; de Peccato originali, de Certitudine salutis, de Perfectione hominis in hac vitâ, sic sentire & credere, vti priscis Ecclesiæ Catholicæ Symbolis, & Confessionum Reformat. Ecclesiarum Harmonia definitum est. Sed nec hac ratione Fratrum morositas placari potuit, quin protinus editis in lucem libellis plebi persuadere studuerunt, nos illa doctrinæ capita in dubium vocare, & in sententiæ nostræ declaratione difficiliores esse.

Verum quibus freti documentis asserant Walachri nos ab Ecclesiarum Reformatarum Confessione in commemoratis supra capitibus recessisse, excutiendum restat. Primus citatur Vorstius, n quem hæc dicuntur: *De satisfactione Christi Vorstius (de quo Remonstrantes coram Ordinibus Hollandiæ ac VVestfrisiæ apertè declararunt, se nihil intellexisse, quod ipsum meritò gravare possit) palam profitetur, se credere, Deum ex suprema autoritate sua posse si velit peccata œnitentibus condonare, non accepta vlla pro iis solutione. Scripta in quius hoc dogma propugnavit à viro Clarissimo D. Sibrando alibi diligenissimè indicantur.* *Sibrād. Lubbert. comment. ad 99. errores Vorstij errore 59.*

Ergone sicubi Vorstius errasse deprehendetur, Remonstranes luent? Quæ hæc inter personas distinctas rerum ἀντίδοσις? sed ddunt verbis suis pondus, cum inquiunt: Remonstrantes coram Ordinibus Hollandiæ & Occidentalis Frisiæ apertè declaravisse, nihil intellexisse, quod ipsum meritò gravare possit. Sic est, d aliud profecto est quærere, Num, quæ Vorstio adscripta sunt ogmata, erronea sint, & à Confessione Ecclesiarum Reformatum abeant, aliud verò, An Vorstium illa tueri sufficienter proatum sit. Illic de qualitate facti, hic de facto quæstio est. Prius uin verum sit, nemo nostrum est, qui dubitet, ne quidem ipse orstius. Ad posterius verò responderunt tum temporis Remonrantium nonnulli, non videri ipsis probationes evidentes satis e & manifestas, ut intentata Vorstio βδελύγματα irrefragabiliter inci ex ijs possint; negare Vorstium se illa scripsisse quæ scrisisse dicitur, aut eâ mente.

Commutatio

Quid Ordd. in causa Vorstij à Remonstr. responsum.

Abominanda.

 Sed

Quod in Vorstio reprehenditur à VValachris dilutum.

Sed dilutum valde est, quod hic in Vorstio reprehendunt, scilicet credere ipsum, *Deum ex suprema autoritate suâ posse, si velit, omnia peccata pœnitentibus condonare, non accepta ulla pro iis solutione* Hoccine tanti est, vt propterea de perfecta satisfactione Domini nostri Iesu Christi pro peccatis nostris præstita, aut perperam sentire dicendus sit Vorstius, aut propter ipsum Remonstrantes? Num qui dicit Deum posse peccata condonare citra solutionem, ipsam satisfactionem negat? minimè. Diversissima hæc sunt ζητήματα

Quæsita.

Num per absolutam suam potestatem & supremum in res omnes dominij jus potuerit Deus citra satisfactionem peccata remittere & Num Christus ex voluntate & decreto Patris plenissimè satisfecerit. Illud solum affirmat Vorstius fretus clarissimorum Ecclesiæ reformatæ Doctorum Calvini Bezæ, idem dicentium, testimonijs. De hoc nullus Remonstrantium dubitat. Et à quâ tandem Confessione Ecclesiarum Belgicarum abit iste articulus? imò qua Confessione deciditur? Sobriè hic sapit Heydelbergensium Catechismus, & illam de potestate Dei quæstionem vt inutilem devitans, in voluntate divina acquiescendum esse arbitratur, dum *Deum velle* perhibet *vt iustitiæ suæ satisfiat, ideoque* (ex hypothesi decreti) *necesse esse vt vel per nos, vel per alium satisfaciamus.* Suffragatur huic sententiæ D. Sibrandus adversus Socinum pag. 369.

Explicantur Verba P. Bertij dicentis, fidem habri pro omni legis iustitia.

Vorstio succedit vir cl. P. Bertius, quem in Epistolica sua disceptatione cum eodem Sibrando habita, & postmodum edita contendere aiunt: *Fidem haberi pro omni legis iustitia, quam nos præstare tenebamur, adeoque ipsum actum fidei, τὸ πιστεύειν, in iustitiam nobis sensu proprio imputari, ac proinde fide nos ceu qualitate inhærente iustificari.* Sed neque particularis P. Bertij sententia, communis Remonstrantium censeri debet, nec quod contendat fidem haberi pro omni legis justitia, quam nos præstare tenebamur quicquam habet incommodi, si rectè viri istius mens percipiatur. Neque enim vult, judicare Deum, tantæ perfectionis in se esse Fidem, quantæ foret perfecta legis impletio. Apagè. Sed Deum qui in Fœdere legali exactam mandatorum suorum obedientiam exigebat, nunc in fœdere Evangelico fidem exigere, & illam gratiosa æstimatione propter meritum & omnibus numeris exquisitissimam Christi obedientiam habere loco legalis obedientiæ, non aliter, (utemur Catecheseos Palatinæ verbis) *ac si nullum ipsi peccatum admisissemus, nec ulla nobis labes inhæreret: imò verò quasi eam obedientiam, quam pro nobis Christus præstitit, ipsi per-*

fe-

ecte præstitissemus, Quamquam ergo non in fide, sed in Christi nerito sit pretium ac dignitas, attamen τὸ πιστεύειν nobis propriè mputari, hoc est prodesse ex divino fœdere, veterum & recentio- um autoritate confirmat, & suffragari huic sententiæ dicit Con- essionem Helveticam cap. 15. Augustanam art. 4. Nos ijs, quæ le iustificatione hominis coram Deo summatim traduntur à ʼalatina Catechesi ad quæstionem 60. 61. 62. 63. acquiescimus.

Ipsum credere.

P. Bertium excipit Arminius, *vt qui fidem, non qua instrumentum, :d qua actio est imputari in iustitiam scripserit, quanquam propter lum, quem apprehendit.* Sed quantulum & hoc est, vt propterea el desertæ veritatis Catholicæ, vel eximij cuiusdam erroris in- mulari meritò debeat. SS. Theologiæ Doctor. Tota de mo- o loquendi contentio est, An rectius fide vt instrumento, an verò : actione apprehendente Christum justificari dicamur. Armi- ius, vt cui religio erat ijs astringi Phrasibus quas scriptura igno- :t, ἄκυρον putabat, fidei actionem & credere ipsum (uti Paulina abet dictio) se habere vt instrumentum. Cum enim instru- ıentum omne à sua actione differat, impossibile ipsi videbatur :tionem fidei tanquam instrumentum, distingui ab ejusdem in- :umenti actione, cum ipsum credere sit actio. ideoque nō actio- :m credendi, sed ipsum fidei habitum hoc nomine venire posse dicabat. Constat hoc ex ipsa responsione Arminij ad articulum VValachris citatum, ex qua, uti ipsorum est mos, illud excerpunt ıod ad invidiam rei facit, quodque ab omni erroris suspicione unde dictum Arminij vindicat, prætereunt. Ita enim ibidem ci mentem suam explicat: *Quis ita decipiat, vt universe neget fidem strumentum dici posse, quum promissiones à Deo datas accipiat, & prehendat, & etiam illa ratione ad iustificationem concurrat.* Et ›stea: *Respondeo fidem vt qualitatem istic se habere ad modum instru- :nti, sed ipsam acceptionem & apprehensionem esse actum & quidem edientiæ Euangelio præstitæ.*

Arminij negantis fidem qua instrumentum imputari in iustitiam mens qua sit.

Absurdum.

Nunc & illud in considerationem veniat; An perperam qui- :m negent, *Fidem salvificam eam esse, qua peccata nobis remissa esse opter Christum, aut abolita esse per Christi passionem credimus.* Non norat R. T. disquiri in scholis Theologorum, qua in re for- alis fidei salvificæ ratio, hoc est, eius essentia consistat, abeunti- ıs in diversas hic sententias Doctoribus. Sunt qui essentiam eius ›ticia, assensu & fiducia definiant. Sunt qui in fiducia cordis eam llocent. Alij assensum formam esse volunt, conjuncto obe- diendi

An perperam quidam negent fidem eam salvificam esse, qua peccata nobis propter Christum remissa esse credimus.

diendi & piè vivendi proposito. Alij assensum tantum, cuiu consequens sit fiducia & obediendi propositum. Qui ipsi asser sum hunc diversimodè considerant, vel quo credimus Iesum ess Christum & humani generis redemtorem, vel quo speciali qu: dam applicatione singulatim quisque credit sibi esse remissa pe cata. Arminius, uti & nos, posteriorem hunc assensum ex prio fluere arbitramur, nec posse quemquam certò statuere sibi es remissa peccata, nisi antè crediderit Iesum esse Salvatorem mu di, ejusque mandatis omnibus obtemperandum esse. uti vide est ex hoc Syllogismo: Quicunque credit in Christum, is bonu hoc reportat, vt certus esse possit sibi remissa esse peccata. Eg credo in Christum; Ergo bonum hoc reporto, vt certus es possim mihi esse remissa peccata. Minor de fide salvifica loqu tur. Conclusio de illa fide, qua quis credit sibi esse remissa pecc ta. præter quam nisi alia agnoscatur, totus ille Syllogismus uni termino constabit, nec in maiore differentia ulla erit inter su jecti & prædicati descriptionem, nec conclusio diversa erit à n nore. Est ad hæc communis Theologorum nostrorum sente tia, remissionem peccatorum esse fidei consequens & effectu: Quod si ita est, utique fides justificans non erit, qua quis cre sibi remissa esse peccata. Sic enim ante ipsam fidem facta dici peccatorum remissio. Quid, quod & à non conversis & in pec to mortuis Deus exigat fidem in Christum. Ergone vt cred: sibi esse remissa peccata? At remissa talibus non sunt. itaque a falsum credant oportet, aut aliud quid erit fides justificans. Ap

Fiducia. stolus insuper Eph. 3. 12. πεποίθησιν, qua nos justificatos cre mus, statuit posteriorem fide. Rei veritas usque adeò plana est, solis radio depicta videatur, nec præter pertinaciam quicqu: opponi possit. Hoccine ergo erroneum, aut Confessioni ref matarum Ecclesiarum contra venire dicent VValachri? Equid uti nulla Confessio, nullus Theologicæ rei peritus, utcunq fidem appropriationem istiusmodi esse dixerit, priorem illi assensum, vt præcedaneum ab ea exclusit, ita nec nos, licet in: propriatione formam fidei justificantis sitam esse non credam eam à fide justificante separamus, sed individuam sociam illi mitemque facimus. Si qua itaque hic controversia est, tota: tandem in scholasticam argutationem definet, de adæquata, pr cisa, & abstracta mente à suis antecedentibus & consequentib fidei salvificæ essentia. Satis Christiano ad salutem erit, scire, ad

de

em requiri noticiam credendorum, assensum universalem, & articularem, fiduciam, & si qua alia formale fidei vel antecedunt, el comitantur proximè. Superstitiosa nimis est hodie quorunum in ponderandis aliorum sententijs sollicitudo, & mancipata us æquo antecedentium dictis judicia, qui quicquid ad palatum um non est, aut ab eorum, quibus fidem suam devoverunt, Dorum placitis recedit, protinus damnant, & piaculare crimen se credunt, in modo loquendi, aut re leviori ab ijs discrepare.

Sequitur de Peccato Originis. Verum cum hic ad Anonymum iptorem fiat provocatio, tantisper respondere supersedebimus, onec certius quippiam & VValachris & nobis de hoc accusatios capite constiterit. Nostrum non esse putamus quorumlibet orum dictis scriptisque patrocinari, & Rhetorum Grçcorum star meritorium calamum & linguam omnium vndecunque, am quorum nomina in obscuro sunt, dictis opitulatricem comodare.

Quod ad illud cujusdem dictum: *Infantes sine actuali peccato montes sævius tractari à Deo èx doctrina VValachrorum & Contra-Remonstrantium, quam diabolos*, ita se res habet. Remonstrantium idam in privata cum nonnullis Theologiæ canditatis collatio affirmavit, se non posse ab animo suo impetrare, vt credat, um merito solius peccati originalis morientibus aliquot infanus infligere æternas gehennæ pœnas: vel ob hanc rationem: *od Deus sic videatur cum infantibus rigidius agere, quam cum ipsis bolis. Rigor enim Dei adversus Angelos apostatas fuit summus, eò d ipsis peccatum ab ijs perpetratum condonare noluit. Rigor eidem adsus infantes, qui propter Adami peccatum condemnantur. At eo ma-, quod omnes Angeli in suis proprijs personis peccarunt, infantes in pera parentis primævi Adami, quâ de caussa Angeli ipsi in culpa, quod catū quod vitare poterant, admisere; infantes non in culpa, nisi qua in amo existentes, eius voluntate peccato & culpa involuti sunt.* Sanè, icquid de huius pronunciati veritate sit, cum Ecclesiar. refortar. Confessione idem pugnare negamus. Profectò ita sensisse rissimum Iunium compertum est, cujus hæc leguntur, Collat. Natura & Gratia. *Nemo nostrum ita furit, aut vnquam furere comus est, qui infantes damnatum iri simpliciter affirmaverit. Qui secus ent, viderint ipsi quo iure faciant, quâ auctoritate freti &c.*

An quidam Remonstrantium male dixerit ex doctrina Contra-Rem. infantes sine actuali peccato morientes sævius tractari quam Diabolos.

Vid. resp. Arm. ad art. 31. art. 13. & 14.

Nec illud quidquam reprehensione dignum habet; *Peccatum ginale perverse dici reum mortis facere, quum peccatum illud sit pœna pecca-*

Num qui affirmavit perverse dici, peccatum originis reum mortis facere, reprehensione dignus sit.

peccati actualis Adami. Quotus enim quisque Theologorum est qui in expedienda peccati originalis natura, suo non judicio fr malit, quam aliorum sequi sententiam. Qui peccatum original habitum positivum definiunt, & propria notione peccatum d ci volunt, convenienter sententiæ suæ asserunt, peccatum hc reatu mortis hominem implicare. At qui peccatum originale pr vatione justitiæ originalis debitæ inesse definiunt, & pœnam prc priè esse contendunt, non sine manifesta ἀδολεσχία, idem pecc: tum affirmabunt mortem æternam mereri. Si enim primum pe catum Adami actuale mortem temporalem & æternam, adeoqu omne malum, quod mortis ambitu continetur, quo hanc ipsa quoque iustitiæ originalis privationem contineri necesse est, m retur, qua veri specie, quo sensu hæc ipsa privatio dicetur den mereri mortem, omnemque illam malorum colluviem, quæ pe catum manet; cum his malis ea ipsa privatio justitiæ semper acce seri debeat, hanc rursum eadem mala & inter illa privatione mereri vsque dicendum sit. quibus concessis progressus in infi tum vitari non poterit, & nugatio manifestissima. Atque hoc i sum inter alia movit Arminium, vt & ante ipsum alios, vt pecc tum originale diceret vocari peccatum, quia à peccato est, & pe catorum actualium causa est ac origo. propriè verò pœnam e primi peccati, contentam latitudine omnium istorum maloru afflictionum & miseriarum, quas mortis nomine commina fuerat Deus: ideoque perperam dici illam privationem, quæ lum Deum causam efficientem habere potuit, denuò mereri m tem æternam.

Nugatione.

Iam illud quod de certitudine salutis subjungunt novæ Cc troversiæ & à quinque supra excussis distinctæ argumentum non potest, cum immediata consequentia ex doctrina de Per verantia sanctorum tota hæc quæstio deducatur. Quare iniqui ma ratione vt distinctum à superioribus Controversiæ caput Delphensi colloquio à Contra-Remonstrantibus adductum fi

De certitudine salutis male ponunt distinctum controversiæ caput Delphenses Collocutores.

Quod de Perfectione hominis in hac vita allegant anony cujusdam dictum, ad Remonstrantes nihi facit, qui de Perfect ne hominis hac vitæ periodo, nihil se quod vel Ecclesiarum ref matarum vel Belgicarum nominatim Confessionibus contra cat credere profitentur. Credunt enim ab homine perfectè leg Domini & ad amussim præstari in hac vita non posse, nec que quam mortalium præstitisse vnquam. Disquiri tamen patiunt

De perfectione hominis in hac vita quid sentiant Remonstrantes.

ın, quam in Euangelico fœdere obedientiam exigit Deus, non ꞉cundum justitiæ suæ rigorem, sed secundum ἐπιείκειαν eam non ossit homo præstare instructus sufficientibus à Sp. sancto viribus. ı cujus problematis affirmativam partem nonnulli nostrûm pro- endent. Neque enim quid hic periculosi erroris latere possit, vi- ent; cum, teste Augustino, hęc de potentia quæstio, non sit tan- momenti, modo quis fateatur per gratiam Christi id fieri posse. .rminij quod affertur dictum vt verissimum amplectimur, modo e illa verba: *qua credere posit, si velit*, in calumniam rapiantur, ac concessa homini credendi potentia reliquę partes nostræ forent ꞉ non gratiæ, quæ nec Arminij nec nostra est mens; vt qui ad cre- endum & præveniens & comitans gratiæ auxilium requiri asse- ꞉ramus.

Intereà, dum curiosè singula nostrorum dicta velut ad state- m argentariam appendunt Fratres, & quantum possunt τὸ κύ- μινον πρίειν, jam, velut gratiam maximam nobis facturi in re gra- ssima, in quâ tamen minime faciles ipsos esse oportebat, sed nsores rigidissimos, *Mittimus* inquiunt *in Collatione Delphensi stros exprobrasse Remonstrantibus latere inter eos, qui in capitibus de ıtura & Attributis Dei, Sacrosancta Trinitate, AEternitate Domi- nostri Iesu Christi absonè ac dissentaneè à Scriptura sacra sentiant.* ıne hæc mittitis Fratres, & quæ primaria forent accusationis ca- ta & ad condemnationem nostri satis, velut πάρεργα vix attingi- ? Hactenus culices non semel percolastis, nunc integros va- ssimosque camelos deglutitis verum & hic R. T. rogatum ılumus, vt defœcata à partium studio mente, hasce fidem inno- ntiamque nostram traducendi artes expendat. Exprobratum ›bis esse aiunt latere inter Remonstrantes, qui in præcipuis istis dei Christianæ capitibus à scriptura sacra dissentiant. At quæ ꞉tas, quæ religio exprobrare illos docuit, ne levissima quidē ad- ıcta in medium probatione? & exprobrare illa, quæ vel cœlo ste falsissima sunt? An Pharisæorum improbitas ipsi Christo gu- m, diabolicas artes, seditionis studium aliaque vel errorum vel ıpietatis crimina exprobrantium, ad Christianos transiit? Cur ꞉c placent studia iis, qui Christianorum, qui reformatorum titu- , nescio quid divinum profitentur & maius humanis affectibus? ı officii sui probè esse norunt, non esse dicendum falsum testi- onium, neminem temerè aut indicta causa accusandum & ndemnandum, dicendum id quod res est, liberè & constanter;

Cuminum secant.

Coll. Delph. pag. 13.

Quo iure exprobrata sit ipsis ἑτεροδοξία in capp. de Natura Dei &c.

in judiciis cæteriſque negociis, & quæ plura virum bonum, ne
dum Chriſtianum decent. Si exprobraſſe ſufficit, quis tanden
ſanctiſſimorum à ſcelere, quis probatiſſimorum Eccleſiæ docto
rum ab hæreſi immunis erit? cuius non vel ad cuiuſlibet improb
nutum vacillabit exiſtimatio? Quod ſi falſo ea nobis exprobra
runt crimina Contra-Remonſtrantes, vti feciſſe eos non dubita
mus, ipſi ſuum hic crimen agnoſcant, & apud clementiſſimu
Deum temerarii ſui judicii veniam deprecentur. Sin vera ſun
quæ exprobrarunt, cur exprobraſſe ſatis habent? cur non potiu
hic pedem figunt, & accuſationis ſuæ caput ponunt? Si enir
de Natura & Attributis Dei, ſi de SS. Trinitate, Æternitat
Domini noſtri Ieſu Chriſti, malè ſentire comperimur, expeditiſſ
ma ad noſtri condemnationem erit via. Aut, ſi, qui malè ſentian
inter nos latent, cur nō ex officio eos produnt, & in lucē protract
publicè coarguunt? Hîc hîc ſilere non pietatis erit, ſed impietat
ſummæ, nō prudentiæ, ſed irreligioſæ timiditatis ac ſocordiæ, r
clementiæ, ſed in Dei ac Ieſu Chriſti gloriam, crudelitatis max
mæ. Nos, abdicantes turpitudinis tegumenta, non incedent
Falſantes ſermonem Dei. cum calliditate, μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ſed declaratione ve
tatis commendantes noſipſos apud omnem conſcientiam hon
num, in conſpectu Dei, hac dextera, hac fide ijs omnibus ſubſc
bimus, quæ de Natura Dei, Trinitate & æternitate Ieſu Chri
Catholica hactenus definivit Eccleſia, aut ut de ijs credatur n
ceſſarium credidit. Et ſi quis evolverit lucubrationes noſtroru
orthodoxam de iſtis capitibus paſſim confeſſionem offendet. S
glorioſum nobis eſt, hoc victoriæ genere ſuperari à Fratribus n
ſtris, quo victor vincitur. nec paria hic facere muneris noſtri e
putamus, qui illum in Chriſto patientiæ ac lenitatis affectum
iſſe ſcimus, quo maledicentibus non maledixit, convitium facie
tibus non conviciatus eſt, nec malum malo rependit. Alias n
dexteritas quoque nobis, nec occaſio, nec ad prava ſollicita
cupiditas deeſſe poteſt, Contra-Remonſtrantibus peſſima qu
que & ſolis ſuſpicionibus fulta exprobrandi.

Atque hic quidem finem & querelarum & accuſandi no
feciſſe poterat Walachrorum anxia ſedulitas, niſi viſum ij
fuiſſet, ad maiorem exaggerationem peſſimarum, quas fov
credimur, opinionum, nonnulla, corollarii loco, adiicere, &
quidem quinque priores iterum Controverſias (en curioſi
tem) concernentia. Sic dicunt:

Qu

Qanquam de illis ipsis quinque controversiis, quarum status & præcipuas quæstiones supra exposuimus, præter ea, quæ publicè Hagæ Comitis in disquisitionem venerunt, plura alia privatis scriptis, aut iam antè, aut postmodum disputata & in publicum emissa, oleum etiam quod dicitur, camino addunt, mixtaque dißidentium certaminibus exasperando malo haud leve momentum faciunt. Cuius generis hæc ab adversariis &c.

Excipiuntur pronunciata quadã, quinque priores controversias concernentia, quæ malo exasperando non leve momentum facere VValachri prætendunt.

Sed nos & hic si quid culpæ subest, depellamus, idque breviter, quoniam, vt ait Pindarus, εὐώνυμον πρὸς δίκαν τρία ἔπεα διαρκεῖ. Primum illud, quod culpant, Arminii dictum est, cuius non alia fuit mens, quam Deum eo decreto, quo de fidelium salute ab æterno statuit, non intendisse salutem, vt finem istius decreti, sed donum quoddam, quod tali decreto fidelibus conferre ab æterno proposuit. quod ipsum tamen finis quoque dici potest, non Dei decernentis respectu, sed hominis ad salutem vt finem suarum actionum contendentis. Locus ad marginem adscriptus ita habet: *Si quis regerat Deum prius velle finem, quam media ad finem, salutem autem esse finem, fidem esse medium ad salutem; Respondeo, salutem non esse finem Dei; sed salutem & fidem esse dona Dei hoc ordine inter se ex voluntate Dei colligata; vt fides salutem præcedat respectu datoris Dei, & reipsa, Secundò fidem prius esse condicionem à Deo requisitam, vt præstetur ab eo qui salvabitur, quam medium salutis obtinendæ. Nam ideo quod Deus salutem dare non vult nisi credenti, incitatur homo, vt credere velit, quia novit in salute suum summum bonum positum esse. Homo ergò per fidem tanquam medium conatur pervenire ad salutem tanquam finem &c.* Verum an hoc tanti, vt exasperando malo haud leve momentum faciat? Quis credat?

Primum.

Iustam ad causam tria verba suffecerunt.

Subiungitur aliud pronunciatum, quod ipsum, cum fides illi adstruatur ex Belgico scripto anonymo, missum facimus, quanquam nec in eo res Græcorum positæ sint. Tertium ad controversiam de mortis Christi applicatione & merito refertur. nec autoris alia mens, quam effuso Mediatoris sanguine reconciliandi mundum Deo jus impretratum fuisse, & inito novo ac gratioso cum hominibus fœdere, Deum gratiæ ostium omnibus denuò, pænitentiæ veræ in Christum fidei lege, adaperuisse.

Secundum.

Tertium.

Grevinchovii dictum sententiæ nostræ de libertate arbitrij principijs consentaneum est. adhæc verissimum, si ante omnem præscientiæ divinæ de plurimorum in Christum fide intuitum, & decreta huic præscientiæ innixa, cum redemptionis impetratio, tum

D. Grevinchovij.

poſſibilis hominum incredulitas conſiderentur, non autem ſuppoſitâ præſcientiâ, qua ſcivit Deus, quinam credituri eſſent, & decretis in hac fundamentum habentibus. His enim poſitis, neceſſitate hypotheticâ infallibilis applicationis futuritio ponatur neceſſe eſt.

D. Epiſcopij. Ordinem hunc claudit vir clariſſ. Simon Epiſcopius, in cuju theſibus illud reprehendunt, quod non intelligunt. Scilicet ill ſacram ſcripturam omnibus & legentibus & audientibus perſpicuam eſſe vult, etiam ijs, qui peculiari & immediata luce interiu illuſtrati non ſunt. At nihil hoc ipſo verius, modo duplex adhi beatur diſtinctio. Primum inter ea, quæ in ſacris litteris occur Simpliciter. runt ſcitu ad ſalutem ſingulis neceſſaria, & illa, quæ ἁπλῶς necel ſaria non ſunt. Deinde inter intelligentiam ſenſus litteralis, & f dem, quæ illi adhibetur, ſive ut Philoſophi loquuntur, inter cc gnitionem apprehenſivam, quâ ſignificatio enunciationis appre henditur, & judicativã, quâ de veritate aut falſitate judicat men Ea quæ in verbo ſuo ſcitu ad ſalutem neceſſaria revelavit Deus, nemine non intelligi poſſe, affirmat D. Epiſcopius, licet interd quædam ad ſalutem neceſſaria dogmata obſcurioribus quoqu phraſibus enuncientur, quæ tamen alibi locorum clarius, vt in telligi poſſint à quovis, idem effert Spiritus. Quod autem ha ipſa pro veris habere, ijſque adſentiri in facultate cujuſvis pe ſitum ſit, nuſpiam adfirmat in Theſibus ſuis Epiſcopius: qu imò ſi quis animum propius advertat, non obſcura veſtigia atqu indicia paſſim in illis deprehendet, ex quibus contrarium liquic conſtare poteſt. Sed alterius ea res ſcholæ atque diſquiſition erat, & ad id, de quo in Theſibus agebatur non pertinens. Aliu enim eſt, quærere: An quis ea, quæ vera & divina ſunt clareq enunciantur & proponuntur, intelligere poſſit. Aliud, an qu hoc ipſum quod ea vera & divina ſint, eadem opera credere at approbare poſſit. De hoc capite nihil ſtatuit in Theſibus ſuis Tract. de Ecclesia Catholica notis. piſcopius. Illud diſerte aſſerit atque affirmat. Et ne primus ita ſe tire credatur Epiſcopius, audi Bezam, cujus hæc ſunt: *Dicam a quid audacius, quod tamen probare me poſſe confido. Vt Chriſtianæ fi placitis tanquam veris adſentiamur, ac multo magis vt ea nobis ipſis a plicemus, oportet certè nobis aures aliunde aperiri, carneum cor trib Vt. a. quid de ſingulis noſtræ Religionis articulis, in ſummâ ſenſerint docuerint Prophetæ & Apoſtoli, intelligatur, ſolo penè non penitus obt ingenio & linguarum peritiâ, attenta denique lectione, opus.* Au

V Vit

VVittakerum confidentius multo loquentem, adeoque alterum etiam illud caput disertè affirmantem in quæstione quarta controversiæ 1. de Perspicuitate Script. cap. 1. *Possumus aliquando cognita habere dogmata Scripturarum fidemq́ historicam tenere per verbi Ministerium, ita vt* ARTICVLOS OMNES FIDEI *cognoscamus, ac veros esse iudicemus, idq́ sine interno lumine Spiritus, vt multi impij homines ac dæmones faciunt.* Quin & ipse seculi nostri decus Phil. Marnixius, in aureolo illo, quem adversus Spirituales, quos vocant, scripsit libello, probaturus capp. 5. & 6. partis quartæ, Scripturam sacram sive verbum Dei scriptum dilucidum ac perspicuum esse, nulloque alio verbo ad sensum ejus plenè ac planè percipiendum atque intelligendum opus esse, passim inculcat hæc verba: *Scripturam S. nullis obscuritatibus aut tenebris involutam esse in dogmatibus ad salutem scitu necessariis, sed adeo claram, apertam ac perspicuam, vt quivis eam facillimè & nullo negotio intelligere ac percipere possit, si modo velit.*

Imo vix alia ratione Pontificiorum de Scripturæ obscuritate & necessaria Pontificis, vtpote Spiritu instructi, interpretatione errorem convelli posse putamus, nisi hoc fundamentum substernatur, Scripturam ab omnibus, in ijs quæ salutem concernunt dogmatibus, quoad litteralem sensum, quemque primo verba secundum συνθήκην populorum & linguæ cujusque secum ferunt, intelligi posse. *Consensum.*

Quod inde colligunt VValachri, *mentem hominis irregeniti in rebus spiritualibus haud prorsus lumine orbam esse*, inconsequens est. Neque enim res spiritualis est sensum litteralem sacræ scripturæ intelligere, sed merè litteralis & Grammatica.

Quare, (vt responsionis nostræ numeros in summam contrahamus) ea nobis post quinque compertas Controversias, dogmata impingunt Fratres, quæ vel Remonstrantium non sunt: vel si sunt, cum Confessione reformatarum Ecclesiarum non pugnant: vel, quæ si falsa forent, nec directè tamen nec indirectè fidei salvificæ compagem luxant: vel, quæ incerti sunt & anonymi autoris, vel quæ ad libram veritatis si expendantur, verissima esse comperiuntur; vt minus solidis rationibus scripserint VValachri, plurima nos intus alere dogmata freti, quæ à Confessione Ecclesiarum Belgicarum abeunt. ὅπερ ἔδει δεῖξαι. *Quod oportuit demonstrasse.*

Ac ne omnes Controversiarum formas plenè jam se percepisse, & de omnibus Remonstrantium erroribus perfectè edoctum

crederet R. T. ſubjiciunt peroraturi: *Paucula ex multis delibamus, quæ ſpecimen ſaltem aliquod exhibeant, ex quo de Eccleſiarum noſtrarum miſerando ſtatu ac perniciosiſſimis diſſidijs, utcunq; coniectura fier poſſit,* &c. Bone Deus, quod mare nobis purgandis ſuffecerit.

Plura adhuc ſuperſunt, quæ exoſos nos & inviſos exteris & domeſticis reddant. Atquin eadem opera hæc quoque promunt & quæ reliqua ſunt errorum ſarmenta in unum cum ſuperioribu faſcem compingunt? Dixiſſe eos antè meminimus, omne judicium præcedere debere fidam controverſiarum indicationem. A minimè fida eſt indicatio, cum paucula tantum delibantur, omittuntur plurima Nec tamen illa, quæ delibaſſe ſe dicunt, paucul ſunt ex multis, ſed ea omnia, quæ ſtudium ac labor, ad conflandam nobis ac doctrinæ noſtræ invidiam, in nos exonerare & de volvere potis fuit. Niſi fortè quamplurima adhuc ſupereſſe cre dant VValachri Contra-Remonſtrantium quorundam dogmat ex quibus de Eccleſiarum noſtrarum & religionis Chriſtianæ m ſerando ſtatu ac perniciosiſſimis diſſidijs certior conjectura fie poteſt. Equidem, quamvis accuſare hujus noſtræ Epiſtolæ ir tentio non ſit, tamen huc neceſſitatis adacti, apud R T. depr mere cogimur, ea Contra-Remonſtrantium nonnullorum, v eorum, qui Contra-Remonſtrantium partes tuentur pronunci ta, quæ partim à Catholicæ Eccleſiæ ſententia, partim à Catech mo Palatino & Confeſsione Belgicarum Eccleſiarum tot Mart rum ſanguine confirmatâ abeuntia, partim novitate ſua ſuſpect partim in Dei gloriam contumelioſa, & pietati noxia, ſcrip publicis apud noſtrates ventilantur, & non ſolum pij Magiſtrat ſed etiam optimi ferè cujuſque animos ipſis adimunt, quin & e tra Eccleſiam poſitos non parum offendunt, & doctrinam Refc matorum odioſiſsime inſectandi anſam nulli non præbent.

Qua fide VValachri dicant à ſe non recitatas omnes Controverſias.

In quibus capitibus Contra-Remonſtrantes quãplurimi perperam ſentiant.

Ea ad hæc capita revocabimus: De Reprobatione citra præ ſionem peccati, etiam infantium; de Creatione hominum ad i teritum, Lapſu primorum parentum, Scripturæ & Formularum dei authoritate, Providentiæ divinæ in malo actionibus, Pœr tentia, Cauſa infidelitatis, Iuſtificatione per fidem, Fidelium pe catis, Magiſtratus circa ſacra authoritate, Hæreticidio, Moder tione adhibenda in rebus Theologicis, Articulorum inter nos Contra-Remonſtrantes de Prædeſtinatione & annexis contr verſorum Neceſsitate.

DE REPROBATIONE ita ſtatuunt plurimi: Deum cit

præ

prævisionem vllius peccati aut causæ meritoriæ hominum alios æternæ damnationi ab æterno adscripsisse, aut non salvare decrevisse. Probant hanc sententiam Festus Ecclesiastes Leydensis, cujus hæc verba leguntur, *Mala opera reprobationis causa non sunt*: Triglandus Ecclesiastes Amstelrodamensis, in hæc verba scribens, *Reprobi propter peccata reprobati non sunt*. Smoutius olim Ecclesiastes Rhonensis, his verbis: *Deus maximam hominum partem eiecit secundum beneplacitum suum. Anne propter peccatum? Non sic docet Christus.* Item, *Deus condemnat immeritos & antequam nati sint aliquos ad damnationem præordinat.* Adde Geselium Ecclesiasten Edamensem, qui in eandem sententiam sic scribit: *Peccatum & infidelitas non est causa reprobationis.* Contrarium tamen credidit tota Antiquitas, etiam Augustinus ejusque sectatores, qui absolutam & incondicionatam reprobationem non agnoverunt. Nec subobscurè dissentit Confesio Ecclesiarum Belgicarum, cum ipsos *diabolos* non ob aliud, quam *ob propriam maliciam æternæ damnationi adscriptos confitetur.*

Thesauro fol. 217. *In Defensione doctrinæ pag. 85.* *Lib. Concordiæ suæ fol. 109* *Ibid. fol. 118* *Examine cap. 17. fol. 74.* *Articul. 12.*

Quin & infantium alios, etiam ex fidelibus parentibus progenitorum, reprobatos à Deo scribit Reinerus Donteclock, his verbis: *Posteaquam liberi fidelium sive Christianorum meliores non sunt naturâ liberis Gentilium, sed omnes filij iræ, nec absonum nobis, nec durum videri debet, si etiam horum aliquos prætereat. Item: Num infantium baptizatorum in infantia sua morientium alij saluti alij condemnationi sint adiudicati, nimium foret rogasse, nisi Deus hoc ipsum verbo suo revelasset.*

Respons. ad Admonition. l. pag. 2. *Ibid. pag. 1.*

Atque idem sentire Contra-Remonstrantes illos, qui Collationi Hagiensi interfuere ex scriptis ipsorum patet. Sic enim ajunt: *Non omnes infantes, qui ex fidelibus parentibus nascuntur, Spiritum regenerationis acceperunt; sed quemadmodum non omnes adulti, quum profitentur fidem & postea baptizantur spiritum regenerationis habent, quemadmodum apparet in exemplo Simonis Magi Act. 8. 13. 21. & tamen à nobis ex iudicio charitatis pro talibus cuncti censeri debent, quamdiu contrarium apertè non declarant: ita etiam ex iudicio charitatis tenemur credere, de omnibus infantibus natis ex parentibus fidelibus (quod ipsum eis loco confessionis est) & baptizantur, donec progessu temporis dum adolescunt contrarium ostendant: quandoque cunctis infantibus fidelium facta est promissio Act. 2. 39. Interea tamen non minus certum est illud: Non omnes, qui sunt ex patre Israele esse Israel, neque omnes esse filios Abrahæ, quia sunt eius semen Rom. 9. 6. 7. Quemadmodum*

Vide Collat. Hagiensem ad Articul. 5.

modum ex Iacobi & Esavi exemplo idem patet, vers. 13. Quum ergò contingit; vt infantes illi progressu ætatis impia & profana vita sua ostendunt, se non habere spiritum regenerationis, non potest à nobis dici, eos amisisse spiritum; sed certum hoc indicium est, ipsos nunquam eum habuisse Nec tamen eam esse Catecheseos & Confessionis mentem liquido apparet ex ijs, quæ de Infantium baptismo ibidem affirmantur. Nimirum, *Christum, non minus sanguinem suum fudisse, vt fidelium infantes abluat, quam pro adultis,* nullo hic infantium facto discrimine. Item, respondetur baptizati nomine resp 69. *Quod Christus externum aquæ lavacrum mandavit, addita hac promissione, me non minus certò, ipsius sanguine & Spiritu à sordibu animæ, hoc est ab omnibus meis peccatis lavari: quam aqua extrinsecu ablutus sum, qua sordes corporis expurgari solent.* Hæccine ex iu dicio charitatis pronunciari dicas? Responsione 74. asseritu *infantes baptizandos esse, quia ad fœdus & Ecclesiam Dei pertinent, ei que per sanguinem Christi remissio peccatorum & Spiritus S. fidei effe ctor non minus quam adultis promittatur.*

Certè si infantibus promittit Deus remissionem peccatorum utique & confert. Si hoc qua ratione quidam eorum absolut reprobati erunt? Adde illud, quod responsione 78. Baptism vocatur *symbolum ablutionis peccatorum, & pignus earum rerun quæ in baptismo obsignantur.* Si itaque quamplurimis infantibu ea ipsa remissio peccatorum revera non confertur, qua ratior illis symbolum est & pignus?

DE CREATIONE HOMINIS ea quorundam est sententia vt hominum alios ad vitam æternam, alios ad æternam mortem Deo creatos fuisse contendant, contra quam Arausicano oli Concilio definitum fuit, contra quam sentit Catechesis Palatin quæ resp. ad quæst 6. hominem hoc fine conditum ait, *vt Deu creatorem suum rectè cognosceret, ex animo diligeret, cum eo beatus æternum viveret.* Hanc a. sententiam publicè in Academia nost non semel defendit D. Fr. Gomarus, disputantib. Nicol. Otte Grutero, Sibelio. approbat Festus Hommius, cuius hæc sunt: *D aliquos ad perditionem creavit. Item, creatio reproborum fructus est probationis.* A Fr. Gomaro insuper hæc asserta fuêre: *Ad mundi, ta quam domus domini, ornamentum pertinet, vasorum ad decus & ad decus varietas.* Item, *Tanta est gloriæ divinæ ex reprobatione relucen dignitas ut electi, eius contemplatione sanctè correpti, etiam suo exitio condemnatione, optaverint (si fieri potuisset) reprobatorum populi*

Thesauri prima parte fol. 124. fol. 216.

Vid. Theses à Sibelio defensas de Prædest. Thes. 89.

da

aici salutem redimere. Eoq; magis in eo acquiescere debent reprobati uibus etsi boni iucundi & particularis ratione melius fuisset non natis, uam condemnatis; boni tamen, & honesti, & vniversalis in mundo ra-ione, præstabilius est cōtrarium: vt particulare serviat vniverso, & crea-ura creatoris suæ gloriæ. Triglandus, Homines, etiam iusti, pecudes suas iactant, &c. An non plus iuris Deo in hominem competit, cui vitam se largitus est, &c. Sed dices? Deus ad hoc eas destinavit. Resp. 1. Hoc ocet Apostolus, &c. 2. Etiam ipsi homines, iusti alioquin, ad illum finem ecora destinant, eaq; pinguefaciunt, vt mactent & interimant. Ibid. Thes. 105 & 106. In defensione pag. 176.

DE LAPSV PRIMORVM PARENTVM quam crudas, quam lenas offendiculi voces in multorum scriptis reperias. Ita moutius: *Ideoque rectè dicitur: Deum voluisse vt homo laberetur.* Triglandius, *Quapropter necessarium erat peccatum ab homine per-trari, aut neganda foret Dei providentia, sapientia & immutabili-s.* Festus Hommius in suis adversus Pontificios disputationi-us affirmat: Deum eam Adamo subtraxisse gratiam, qua posi-non peccasset, ablata peccare ipsum necesse erat: Verba ejus ec sunt: *Erat quidem in ipso* (puta Adamo) *facultatum omnium, e rebellione, insignis harmonia, sed quia illa à voluntate turbari pote-t, opus habebat speciali Dei gratia hanc harmoniam & bonam volun-tem conservante, digirente, & confirmante, quam si semper habuisset, nquam fuisset lapsus.* Et alibi, *Fructus reprobationis est subductio gra-.* Smoutium rursum audi: *Hæc dicta in Ecclesia Dei ferri optimè sunt. 1. Homo lapsus est Dei providētia hoc ipsum ordinante aut præor-nante. 2. Hominis lapsus arcano consilio præfinitus est. 3. Homines de-eto ac voluntati divinæ resistere non potuere. 4. Necesse erat homi-m labi & excidere ex gratia, vt ansa & argumentum & materies o obijciatur iustitiam suam declarandi.* Ruardus Ecclesiastes hiedamensis: *Deus voluit vt creatus homo in peccatum prolabere-r, & reus mortis fieret.* Triglandius: *Mutatio hominis ex bono in lum prorsus & omninò necessaria erat ad executionem decreti divi-.* Idem, *Ad peccatum, quà peccatum, quatenus ex hoc ipso per divi-m bonitatem gloria Dei illustrari debebat & etiamnum illustratur, eordinati sunt tam electi quam reprobi.* Iohannes Vrbanus pastor attemensis in tractu Transysulano ita disputat, vt Deum causam e primi peccati contendat, secus in sapientiam Dei & justitiam pingi. Sic enim in Dialogo suo, cui titulus, *Tapeinophrosyna alians*, Tapeinophrosynem loquentem inducit: *Secundo quæro, non causa causæ sit causa causati, & cum Adamus sit causa peccati,*

Concord. lib. fol. 107. b

Defens. pag. 180.

Disput. 55. Thes. 3.

Thesauri fol. 216.

Concord. lib. fol. 107. b.

In Comment. in Catechesin ad quæst. 54.

Defension. fol. 180.

Ibid fol. 87.

Deus verò Adami, quomodo Deus non sit causa peccati: Et mox: *Illu notißimum est, Adamum prodijsse à Deo totum, tantumq; quantus era ita vt ab eo tanquam à caussa sua in vniversum pependerit, non potu igitur Adamus desinere, nisi ubi causa in eo operari prior desiit, ita ut si a liquis in ipso defectus fuerit, is ad causam referri debeat, quæ antequa Adamum, vt actu staturus esset, perfecisset, operari desiit.* Et postea: *Pa modo dum liberum arbitrium dicis, ad sapientiam Dei offendis. Sic eni concludo. Quicunque alicui aliquid committit, quo voluntati suæ co trarium indubitate præscit proditurum quid, ille non agit sapienter. A qui (secundum te) Deus commisit Adamo liberum arbitrium, præsci contrarij voluntati suæ inde prodituri,* Ergo. *Neq; etiam intaminata Dei iustitiam reliquisti. Quicunq; enim verè est iustus, habens omne in sua potestate, quo poßit peccari, & sine quo non poßit peccari, si sci eo alteri tradito peccatum indubitatè iri, id nemini committit. Atq Deus (secundum te) habuit in potestate suâ liberum arbitrium, quo j lo potuit peccari, & sine quo non potuisset peccari, præscivit etiam eo a teri tradito, peccatum indubitatè iri, & tamen id ei commisit,* Er Rursus, *Porrò ad hoc argumentum quid respondebis? Quicunq; est ca sa solitaria potentiæ alicuius, sciens quisnam actus ex ea immediate p diturus sit, is idem est auctor actus orti. Qui solus produxit liberum a bitrium, sciens quid ex eo immediatè proventurum esset, fuit causa so taria potentiæ alicuius, sciens quisnam actus ex ea immediatè prodi rus esset, Ergo. Porrò actus ortus immediatè fuit peccatum, &c.* Ex concludo, *neque neceßitatis absolutæ fuisse, neque divinæ potentiæ; sapi tiæ, iustitiæve, vt Adamus crearetur liberi arbitrij.* Verum præt quam quod totius Ecclesiæ Catholicæ testimonio cõfossa sit s tentia, Deum esse peccati autorem, etiam ex diametro Confess ni refragatur, quæ *Deum non esse causam peccati affirmat.* Aliori

Articul. 13. quod attinet de primi peccati necessitate & gratiæ subtractic assertiones, cum Catechismi responsione 9. pugnant. Ea ita l bet: *Deus hominem talem condiderat, vt ea* (quæ scilicet in lege gitaverat) *præstare posset: verum homo impulsore diabolo, & sua ip contumacia se & omnem posteritatem divinis illis donis orbavit.* Et c Confessionis in Ecclesijs nostris receptæ Articulo 14: qui ita bet. *Deus hominem talem condidit, vt voluntate sua in omnibus & omnia cum voluntate divina consentire potuerit.*

DE CONFESSIONVM ET FIDEI FORMVLARVM AV RITATE ita sentiunt Ecclesiastæ Dordraceni omnes, vt absc tam earum necessitatem adstruant, nec doctrinæ puritatem

Ec

Ecclesiæ vnitatem conservari posse credant solius sacræ scripturæ ope. Verba ipsorum hæc sunt:

Et quî fieri potest, vt doctrinæ puritati adhæreant reformatæ Ecclesiæ, si quando earum Confessiones, quibus se seiunxere ab iis, qui Dei verbum, Apostolicum Symbolum, aut articulos Catholicæ Christianorum fidei detorquent, abrogantur. Quorsum hæc spectant, quam vt miscellanea religio & Libertinismus in Christianitatem invehatur & vnicuique potestas detur de rebus religionis pro lubitu quidvis agendi & loquendi. Nulla enim tam est horribilis in Christiano orbe secta, quæ non scripturæ deposcat patrocinium. Quin & ipsa quoque Libertinorum secta, quæ scripturam reipsa abnegat, ea tamen abutitur suum in commodum. Vnde intelligere est; Vnitatem in Ecclesia Dei non posse servari, sine talibus fidei formulis, in quibus propius Doctores explicent sententiam suam de vero & genuino sensu scripturarum. Vide Scriptū Dordracenorum adversus Venatorem.

Quæ verba injuria nobis videntur in Sacrarum litterarum perfectionem & illum Pontificiorum errorem redolent, quo Ecclesiæ interpretationem necessariò requiri volunt ad rectam scripturarum intelligentiam. Vtilitatem Confessionum agnoscimus, sed tantam earum esse necessitatem, vt sine ea nec doctrinæ puritas, nec Ecclesiæ vnitas conservari possit, negamus.

Quid dicimus de PROVIDENTIA DEI IN MALO, quam quidam in fatalem rerum omnium necessitatem, & Manichaicæ impietatis deliria convertunt. Triglandus vti alijs Zuinglij dictis horridiorib. ita & huic patrocinium suum commodat: *Deus quosdam homines creavit, adhoc, vt impiè vivant.* Item: *Nihil accidit contra Dei voluntatem, nihil sine aliqua Dei operatione, nam Deus operatur omnia in omnibus, Vult itaq; & FACIT, quod impij suis cupiditatibus vivant.* In Defens. fol. 166. Adhæc defendens illud Zuinglij dictum: *Latro occîdit Dei impulsu & coactione*, ita ait: *Verbum coactionis in hoc argumento significat efficax mandatum & regimen, vti Rex subditos suos agit ad tributorum solutionem, &c. & quemadmodum qui equum agit, eundem regit & impellit hac illac, qua libet.* Ibid. fol. 172. Ibid. fol. 164. Smoutio hæc probantur: *Neque φορτικὸν est audire. I. A Deo proveniunt mala facinora, iusta de causa, quæ scelerate & perverse ab hominibus perpetrantur. II. Homines prorsus nihil agunt, nisi per arcanam Dei operationem, nihil deliberando & consultando agunt, quod non iam ante decreverit & arcana directione constituerit. III. Deus ordinat Diabolum vt ministrum suum, & consilia impiorum ad iudiciorum suorum executionem, prout visum ipsi; ex-* Concord. lib. fol. 108.

Thes. fol. 216

citat ipsorum voluntates & ratos facit conatus ac studia eorum. Festo *Subductio gratiæ & mediorum, excæcatio, induratio, fructus sunt reprobationis.* Ruardus Acronius in Protocolo Leovardiensi fol. 339 horribilem illam Nicasij vander Schure sententiam sibi à Petro Coloniensi objectam, primum conatur emollire, postea vero fol. 343. eandem apertè probat, ac tandem exsertè dicit fol. 359 *Eum qui Nicasium istum aliosq; tandem à scriptura recedentes velit reprehendere, hunc primum laborem suscipere debere, vt ipsum ante omnia Paulum refutet, atque erroris convincat.* Sunt autem Nicasi ad quæ respiciebatur verba hæc: *Si Deo licet hominem in damnationem reijcere & prædestinare etiam nondum natum: natum verò etiam priusquam quicquam mali perpetraverit, in abyssum inferni præcipitem agere: Cur non multò magis ipsi liceat, cor hominis ad peccatum flectere & regere? Vtrum enim est maius, damnare eum qui nihil vnquam commisit mali, an eundem ad peccatum flectere & regere? Quumque Deo decretum sit, reprobos, quos ipse citra considerationem peccati reiecit damnare, an non eodem res redit, hoc ne an illo modo eos condemnet faciatne hoc, postquam eos flexit & direxit ad peccatum, an antea? &* Estque idem hic libellus ante annos paucos denuo Amstelodami in lucem editus.

Nicasii vander Schure Brevis institutio.

R. Donteclock in Belgico scripto adversus Castalionē pag. 375.

DE POENITENTIA, quæ fidem præcedit, ita quidam sentiunt, vt omne salutis desiderium & ejus obtinendæ curam antè ipsam fidem justificantem, vanam & irritam esse dicant. R. Donteclokij hæc opinio est, *antè infusum fidei habitum inanem esse omnem curam & sollicitudinem obtinendæ salutis, Adeoq; omne studium hunc in finem adhibitum, noxium magis esse homini, quam vtile.* Contra quam Catechesi docetur, quæ Resp. 116. ait: *Deum ijs tantum suam gratiam & Sp. sanctum largiri, qui veris gemitibus continenter hæc ab eo petunt. Hominem quoq; non agere pœnitentiam antequam iustificatus sit,* Sibrandinum est.

Vide Sibrandi Declar. resp. 6. Vorstij. Defens. pag. 140.

In Colloquio suo super Thesibus versis. 5 litt. C. Declarat. resp. C. Vorstij.

DE CAVSA INFIDELITATIS & neglectæ vocationis ita Teglandus statuit: *Ideo reprobi non convertuntur, quoniam Deus non vult vt convertantur, nam si vellet, præsto est potentia. Vnde liquet ipsum nolle.* Reinerus Donteclock, *Reprobi vocati, efficaciter non vocantur, qua de causa non convertuntur, nec venire possunt.*

pag. 86. 87. 88.

pag. 99, 101.

DE IVSTIFICATIOE HOMINIS CORAM DEO quam ἀδόλογα nuperis suis scriptis prodidit Sibrandus Luberti acerrimus Contra-Remonstrantium παραστάτης, cujus generis hæc sunt: *Fides viva & per charitatem operans, quatenus talis est; non imputatur*

nos

nobis ad iustitiam. *Deus iustificat impium, non qui desinit impius esse, sed qui adhuc impius est. Et talem impium intelligit Apostolus Rom. 4. 5.* In sua verò cum P. Bertio Epistolicâ disceptatione, pag. 107. affirmat non semel, *fidem non esse condicionem iustificationis.* A quo non longe abit A Smoutius, qui in hunc modum scribit: *Deus luit peccata tunc, cum peccatis adhuc ipsum fatigamus, hoc est, cum nondum credimus, nec vitam in melius mutamus: nam nostra cum Deo reconciliatio & non imputatio nostrorum peccatorum antecedit fidem nostram & resipiscentiam, imò etiam regenerationem, & quod magis est, ante verbi administrationem, & vocationem, quin horum causa est: abluit & remittit peccata, antequam cor renovet & regeneret: & id nō solum antequam boni quicquam fecerimus, sed cum adhuc impuri sumus & nomen eius profanamus.* At directè hæc contraveniunt Catechesi, quæ non alia *nos ratione iustitiæ & remißionis peccatorum participes fieri ait, quam fide.* resp. 59. 60. 61. & 20. *Quin iram Dei & condemnationem æternam incumbere ijs qui nondum conversi sunt,* resp. 4. Asserit quoque Triglandus, Fidem in iustificatione non considerari vt condicionem. *Vid. eius Assensum Scripturæ pag. 45. 46. 47.* *Defens. pag. 7. 11.*

DE FIDELIVM PECCATIS hoc vrgent quidam, *Deum in novo foedere promisisse, se non reiecturum nos,* qualecunque tandem illud sit, *quod à nobis committitur. In electis nec diabolum, nec mortem, nec peccatum impedire posse, quo minus conformentur imagini Dei.* *Smoutius in Assensu Scripturæ. Pag. 77.* *Trigl. Declarat. pag. 324.*

DE MAGISTRATVS CIRCA SACRA POTESTATE hæc sequentia apud nostrates circumferuntur: *Vti navicularij non debent sibi sumere ius iudicandi de Iurisconsultis, nec sutores de ijs quæ sunt aurifabrorum, Ita nec ipsi Ordines, quia sunt custodes vtriusque tabulæ, hoc ipsum, quod aliorum est, sibi arrogare debent,* agitur autem de potestate judicandi de rebus Ecclesiasticis. Subiungit vero idem D. Sibrandus, *Vt igitur ordini congruenter faciunt,* (qui Reipublicæ præsunt) *cum per Iureconsultos respondēt de iure, per Sutores de calceis, per Sartores de vestibus, per aurifabors de auro, per medicos de morbis eorumque remediis, &c. Ita non solum hunc ordinem observabunt, sed etiam Dei legi obtemperabunt, si de prophetiis iudicandi ius ac morem relinquant prophetis.* a *Qui summum iudicium in rebus Ecclesiæ sibi arrogant Magistratus, Papæ sunt, est illud penes Ecclesiam, secundum textum sacrum, Dic Ecclesiæ.* b *Soli Ecclesiastici, qui ab Ecclesia vocationem habent non ordinariam duntaxat, sed etiam hanc extraordinariam, qua specialiter ad sanctum hoc negotium delegentur & ἐξουσία Ecclesia ipsis tribuatur, ipsius nomine caussas in Synodo tractandi in-* *Sibr. in Epist. ad Archiepisc.* *Pag. 23. 24.* a *Acronius in præf. ad Ecclesiarum pastores.* b *Fest. in disp. contra Pontif. Disp. 17. Thes. 45.*

c Antidotum pag. 38. Ibid. pag. 42. 43.

Conciliis vocem habent decisivam. c *Vniversales Synodi sine authorita Magistratuum haberi nequeunt, non de iure, sed de facto. Potestas vo candi & eligendi eos, qui Ecclesiæ ministrent, sola est penes Episcopo Clericos, & plebem, ita ut planè excludatur Magistratus, nisi plebi a censeri velint.*

HÆRETICOS MORTE PVNIENDOS esse Contra-R monstrantium non infimi magnis animis contendunt. In horu numero sunt Geldorpius & Bogermannus, alter Amstelodame sis, alter Leovvardiensis pastor. præfatione siquidem præfixa l bello D. Bezæ de Hæreticis puniendis, ab ipsis in belgicum se monem verso, se vndequaque ejus sententiæ subscribere affi mant, & ad hæreticorum pœnam Magistratus suos animosè inc tant. Adde Smoutium, qui & à se hanc ipsam de occidendis fa sis doctoribus sententiam probari ait, in Exam. pag. 227.

Moderatus Christianus. I. Trigl.

DE MODERATIONE in rebus Theologicis adhibenda ita T glandus disserit, vt citra vllam dogmatum distinctionem, ferri Ecclesiæ pastoribus non posse dicat sententiarum ac opinionu diversitatem, quin & hanc thesin damnat: *pacis & concordiæ cau interdum controversiæ puncta evitanda esse, & communibus loque formulis vtendum, atque hac ratione dissentientes sententias in vna e demq; Ecclesia ferri oportere.*

Assensus Script.

Quod ad eas, quæ inter nos vigent de Prædestinatione & ej appendicibus disputationes, ita judicat idem Triglandus, vt R monstrantium de iis quæstionibus sententiam in Ecclesiæ Past ribus ferri non posse, eodem scripto fusè contendat. Smouti ὑπερβολικώτερ@,iisdem quinque Articulis singula religionis Ch stianæ capita convelli, & periculosiores eos esse Arianorum, M cedonianorum, Nestorianorum, Eutychianorum erroribus, o roso & lacinioso scripto demonstrare conatus fuit. Gezelius Examine suo cap. 16. fol. 64. 67. & cap. 17 fol. 70. *Dogmata hæc in nos controversa nec conciliari, nec etiam ferri posse* affirmat.

Quæ omnia cum apud nostrates lippis & tonsoribus nota si & confertis libellis in vulgus indies à Contra-Remonstranti primipilis assertoribus spargantur, silentio tamen prætereunt W lachri, & derivatis in nostrum caput omnium malorum semi riis, quos defendendos susceperunt, Contra-Remonstrantes, receptæ in Ecclesijs doctrinæ vndequaque adhęrentes, ab om malorum causa innoxios ac indemnes præstant. Sed, vt, quod est dicamus, illa ipsa sunt dogmata, quæ non probavit vnqua

Ecc

Ecclesia Catholica, nec vnanimi Reformatarum, ne quidem Bel-
icarum Ecclesiarum consensu recepta sunt, plurima veteribus
iaudita, damnata, anathemate percussa. Hæc illa sunt, quæ prio-
bus disputationibus immixta, refutare, ex animis Christianorum
vellere, & tanquam pietati, reip. Christianæ incolumitati noxia,
darguere, officij nostri esse putamus. Hæc animos tot piorum
ffendunt, & Illust. Hollandiæ Ordinibus causam præbuêre De-
eto suo cavendi, ne in Ecclesia doceatur: Homines aliquos à
eo immortali ad damnationem creatos: Quibusdam homini-
us à Deo peccandi necessitatem imponi: tum verò, à Deo quos-
im ad salutem invitari, quibus omninò salutem non dare decre-
rit. Atque hæc ipsa recensuisse quoque debebant Walachri,
quod intendunt, designatè ac dilucidè luctuosissimi inter nos
ssidij causas exteris se exposuisse, persuasum voluissent. Neque
nim intra modestam ac sobriam de prioribus quinque capitibus
squisitionem se continent Contra-Remonstrantium non pau-
, neque de alijs quamplurimis Theologiæ dogmatibus id sen-
int, docent, scribunt, quod cum Confessionum Harmonia, &
ceptis in Ecclesijs nostris Fidei breviarijs conveniat.

AC tandem Controversiarum recitatione nec proba, nec plena defuncti VValachri Epistolam suam claudunt, & id R. T. de ijs sentiat, de veritate aut falsitate dubiorum dogma- *Ad Conclusionem VValachrorum.*
m, de ferendis vel non ferendis horum assertoribus, nec non
rum, qui concionibus ac sacris nostris interesse detrectant, ze-
, exquirunt. Adhæc consilij tui copiam sibi fieri optant, quid
c Ecclesiæ laborantis statu facto opus sit, & num citra conscien-
læsionem in ministerij & Ecclesiasticorum muniorum societa- *In ea duo notantur.*
n nobiscum venire ipsis liceat. Et hactenus benè. Duo tamen
currunt, quorum R. T. monitam volumus. Primum est, quod
ibant, iis in locis, quæ hujus dissidii motibus agitantur, ma- *Primum.*
am partem plebis Christianæ, quæ addicta ipsis sit, singulari
odam doctrinæ jam olim receptæ studio impulsam, à Remon-
antium concionibus ita abhorrere, vt in vicina loca quæ pasto-
habent ipsorum sententiæ faventes, ad cultus divini exercitium
ud mediocri numero excurrant, aut certè iis in locis quibus
gunt, conventus suos intra privatos parietes agitent. Verum,
quod sentimus nos, eloquamur Vir clariss. hujus secesionis &
od (ni Deus avertat) in procinctu est schismatis, causa, nec
Remon-

Cur Remonstrantium cõciones multi fugiant.

Remonſtrantium iniqua agendi ratio, nec vlla doctrinæ ab ipſi quæſita innovatio eſt, ſed Contra-Remonſtrantium iiſdem in lo cis immodeſtia, rigor, & factionum ſtudio flagrans libido. Ex qu enim è ſuggeſtu pro concione in nos ſtomachari, & odioſiſſim Pelagianorum, Semipelagianorum, Arianorum, Socinianorũ, nc vatorum, pſeudo prophetarum nominibus, nos, fidemq; noſtra incefſere cœperunt: conſpirationis quoque tacitæ cum Pontifici & patriæ noſtræ hoſtibus ſcriptis pariter ac publicis declamati nibus inſimulare: omnia fere noſtrorum dicta, conſilia & facta deteriorem partem detorquere; populum ad ſchiſma faciendu publica voce adhortari; non ferendos eſſe Remonſtrantium Ar culos ex profeſſo docere; adhæc ipſi exemplo ſuo primi ad ſec ſiones faciendas præivêre, à noſtrorum primum audiendis co cionibus, mox etiam Cœnæ Dominicæ cum noſtris celebratio abſtinentes; præterea, ſolitos Claſſicales conventus deſpexêre, privatâ autoritate obnitentibus fruſtra Magiſtratibus cœtus ſu coegêre, averſos etiam hiſce ſtudiis à nobis (vti fluxæ fidei eſt v gus) auditores intra privos parietes convenire monuerunt, il demque, prælegendo, concionando, Eccleſiaſtica munia obi re, eoſque, qui in vicinis Eccleſiis ad ſacram Synaxin admitti tebant, nullo Eccleſiæ ſuæ, quam deſerebant, teſtimonio inſt ctos, contra Eccleſiaſticos canonas admiſere: Factum eſt, vt hic lic plures paucioreſve ab Eccleſiis noſtris divortium nunc fe rint, ad finitimos paſtores excurrant, cœtus ſuos aliquot in lc clam habeant, & Donatiſtarum Spiritu correpti in his dirime & diſcernendi Chriſtianum gregem ſtudiis, velut in re opti gaudeant ac applaudant. Et horum ne viceſimus quidem cont verſiæ quæ ſint capita novit, plurimi Contra-Remonſtranti eſſe putant ſententiam, quę noſtra eſt, & quæ ipſorum eſt noſtr citiuſque Herculi clavam, quam illis hanc perſuaſionem exto ris. adeò ad quam ſemel veluti tempeſtate delati ſunt ſententi tanquam ad ſcopulum affixi adhærent, & ſic antecedentium g gem alii ſequuntur, & bruto aſſenſu his abnuunt, his ſuam g rificantur fidem. Vt veriſſimum ſit illud Oppiani:

Mens fractaria, ſemper indoctorum hominum & nolunt vel cedere veris.

ἀεὶ ἀπειρήτων νόος ἀνδρῶν
Δύσμαχος, οὐδ' ἐθέλουσι καὶ ἀτρεκέεσσι πιθέσθαι.

Miſera eheu Chriſtianorum facies, qui in tam clara Euang luce, totque indubitatorum almæ veritatis teſtium nube ſe à pravis doctorum ſuorum exemplis, quam à Prophetar

Ch

Christi, Apostolorum doctrina, ac moribus, consiliorum suorum ationes muturi mavult.

Alterum est, quod scribant, Magistratus, quibus istæ plebes. ıbditæ sunt, quosque Remonstrantium causæ magis favere, & lurimam operam suam in eâ defendendâ profiteri dicunt, eos onventus, tum indictis mulctis gravissimis prohibere, tum illatis licubi dissipasse. Non diffitemur. Quanta enim ex hoc schis-ıate tum Rempublicam, tum Ecclesias nostras maneant incom-ıoda providè vident & cũ Ecclesiæ se nutricios ac tabulæ vtriusq; ıstodes à Deo constitutos esse ex sacris litteris didicerint, mune-; sui esse putant, non permittere, vt paucorum studijs post Luthe-num schisma in Germania, post Puritanorum in Anglia, Refor-atorũ cœtus propter has de prædestinatione controversias no-› & deplorando schismate in alias partes dispescantur Atque c Constantini, Valentiniani, Gratiani, Theodosij Christiano-m Imperatorum vestigijs insistunt, qui severissimis legibus con-ı Donati partem sanxerunt, vti videre est apud *Augustinum Epist.* :CVI. *contra Donatistas,* Etiam mulctas subinde indicendo schis-atis autoribus. Sic enim idem Augustinus contra *Epist. Parmen.* ›. *I.* C. VII. *Imperatorum autem iustitiam legesque, quæ vehementes versus eos latæ sunt, quis ignorat? In quibus vna generalis adversus nes, qui se Christianos dici volunt, & Ecclesiæ Catholicæ non commu-ant, sed in suis separatim conventiculis congregantur, id continet, vt ordinator clerici, vel ipse ordinatus denis libris auri mulctentur. Lo-verò ipse, quo impia separatio congregatur redigatur in fiscum.* Nota ıoq; sunt ea quæ adversus privatos cõventus legibus sancita sunt. Conventicula. C. de Episcopis & Clericis *Conventicula illici-etiam extra Ecclesiam in privatis ædibus celebrari probibemus: pro-iptionis domus periculo imminente, si Dominus eius in ea clericos nova tumultuosa conventicula extra Ecclesiam celebrantes susceperit.* Vide OV 131. c. 8. & 58. Nec propterea Remonstrantium magis cau-favere dicendi sunt, cum hoc unum decretis suis omnibus ac nsilijs agant, vt integro manente cuique suo de his rebus judicio x mutua inter dissidentes colatur. Nec hoc est Remonstran-m magis causæ, quam Contra-Remonstrantiũ favere, nisi hunc tionem suarum scopum habeant Contra-Remonstrantes, vt otquot sententiam nostram amplectuntur, ex Ecclesia, & iis æ nascendi nobis incunabula præbuere, sedibus exterminent. ıod nec pietatis, nec prudentiæ foret voluisse. non pietatis, quia

Alterum.

Cur conventus privati à Magistratibus prohibeantur.

ejusdem nos cum ipsis Confeſsionis ſocios eſſe profitemur. noi prudentiæ, quia quibus rebus impar ſis oſtendere, & negociun aggredi, quod non poſsis abſolvere, maximum foret imprudentiæ argumentum.

Cõclusio, qua ad quæ attendi omnino velint Remonſtrãtes, exponitur.

Nunc, quod reliquũ eſt,& nos à R. T. obnixè petimus, vt hæ omnia Chriſtiana æquitate, fide & ſynceritate expẽdat, & non ni poſt rigidum totius negotij, quod inter nos agitur examen, ad di cendam ſententiam ſe conferat. Eſt ſapientis judicis animadvei tere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat, quæ res in qua ſtione verſetur. Ad hæc tria vt animadvertat R. T. vtique effl gitamus. Si Scripturæ, aut rectæ rationis, aut Eccleſiaſtici conſen ſus lege citamur, duo excutienda ſunt. An quod ſentimus cui ijſdem pugnet, &, an quæ ad ſententiæ noſtræ defenſionem ac hibentur à nobis conſilia ijſdem quoque adverſentur. Si rei ſi mus, ſcito nos non malevolentia & propoſito, ſed ſolo errore animi perſuaſione peccare. adhæc eos eſſe, qui & Catholicæ E cleſiæ antiquiſſimis Symbolis, & Harmoniæ Confeſſionum, Catecheſi Palatinæ & Confeſſioni Belgicæ, quoad ſingula docti næ capita ſubſcribimus: Socinianorum & Arianorum hæreſes d teſtamur: Pelagianorum & Semipelagianorum damnatis pla tis minimè aſſentimur: Pontificiorum erronea dogmata, execi bilem Idolomaniam, & tyrannidem ex animo odimus: hoc ve ſummis votis contendimus, vt inter eas Eccleſias, quæ ab An chriſto ſecedere coactæ ſunt aliqua commoda conciliationis Eccleſiaſticæ communionis ratio iniri poſſit. Hac confeſſio Deo & Chriſto, hujus noſtræ fidei & confeſſionis futuro aliqua do judici, ſtamus aut cadimus. Res quæ in quæſtione verſat duplex eſt, vna de veritate, altera de neceſſitate Controverſori dogmatum. De veritate ſententiæ noſtræ nullius hominis Ch ſtiani, nedum S S. Theologiæ Doctorum judicium formidam modo, vti par eſt, rationum noſtrarum momenta ad ſacrarum terarum trutinam expendantur. De neceſſitate præcipua quæſtio: An nimirum ea, quæ quinque prioribus Controver comprehenſa ſunt noſtrorum dogmata, citra ſalutis jacturam credi & in Eccleſiæ Paſtore aut Theologiæ Profeſſore tolei poſſint. Si neget ſcriptura, commonſtrandum erit, quibus lc Contra-Remonſtrantium ſententiæ ſalutis obtinendæ neceſſi tem aſtringant vel Prophetæ vel Apoſtoli. Quod ſi ab antiq Eccleſiæ Doctoribus judicia petenda ſint, tantum aberit, vt

ri

rum voce condemnandi ſimus, vt potius hic abſolutionis ſententiam, etiam quoad aſſertionum noſtratum veritatem ſimus abundè impetraturi. Etenim De Prædeſtinatione ea, quæ ex fidei eſt prævisione, idem quod nos crediddiſſe ad Auguſtinum vſque, quotquot fuere, Græcos & Latinos Patres luculenter probant horum monumenta. Primus Auguſtinus abſolutum aliquod & expers omnis condicionis Electionis decretum commentus eſt. licet Reprobationis cauſam meritoriam non niſi à peccato petendam eſſe nobiſcum agnoverit. quanquam in hoc argumento tam non ſibi conſtet, quin alium ab Auguſtino Auguſtinum eſſe attento lectori facile ſit obſervare De mortis Chriſti efficacia & ſufficientia credidit Antiquitas, etiam Auguſtinus, Proſper, Fulgentius; vniverſum genus humanum quoad precij ſolutionem liberatum eſſe, ex captivitate autem non eſſe erutos, niſi fideles. Contrariam verò ſententiam Arelatenſe Concilium damnavit & Proſper ipſe in reſp. ad Articul. Gallorum. Libertatem arbitrij, et quidem eam quæ non coactioni, ſed neceſſitati & ad unum determinationi opponitur, nullus eorum in converſione dari inficias ivit, & tamen damnata Pelagianorum & Semipelagianorũ dogmata. De Perſeverantia ſanctorum quidam eorum credidêre, eos & à fide in totum & finaliter excidere poſſe reliqui à fide quidem fideles omnes, ſed, non niſi ad tempus, electos. Illud quoque certum, nullius vnquam Concilij vel Oecumenici vel Nationalis ſuffragiis, falſitatis, nedum non ferendi erroris damnatam eſſe noſtram ſententiam. Si Confeſſiones Eccleſiarum Reformatarum evolvantur, idem affirmamus. In quibuſdam altum de his contentioſis dogmatibus ſilentium. Quædam controverſiæ punctum non definiunt. In ſecundo articulo patrocinatur nobis exſertè Catecheſis Palatina, in quinto Saxonica. Cujus itaque judicio hic damnationis ſententiam reportabimus? Particularium Eccleſiæ hujus ſeculi Doctorum? At qui Articulos iſtos ferendos non eſſe in Eccleſiæ Paſtoribus pronunciaverit, inte proximè exactos decem annos videre nullum adhuc contigit; at qui ferendos eſſe & ſcriptis & conſilijs & exemplo ſuo teſtatiſint quamplurimos.

Mox & illud quoque negocij ſibi dari credat R. T. vt quid de commemoratis paulo ante Contra-Remonſtrantium quorundam dogmatibus judicet, eadem fide & libertate exponat.. Ita enim judicamus, non pauca eorum in Eccleſiæ paſtoribus bonâ

conſcientia tolerari non poſſe. Cumque decreto ſuo Illuſtres Hollandiæ ac Friſiæ occidentalis Ordines decreverint, vt vitatis hinc Manichæorum, inde Pelagianorum pernicioſis erroribus, ſua quiſque fruatur ſententia, nec ob has ipſas de Prædeſtinatione diſceptationes, alter alteri quicquam incommodet, (decreti formulam ſupra aſcripſimus) etiam atque etiam ſcire deſideramus an quicquam eo ſtatuatur, in quo non conſenſerit ipſe Auguſtinus Proſper, Fulgentius, an quicquam damnetur, quod non veterum quotquot fuêre anathemate devoverint; &, Num pio & Chriſtiano Magiſtratui liceat poſt intellecta Eccleſiæ veteris, totque clariſſimorum reformatæ Eccleſiæ Doctorum de his ipſis controverſiis judicia, citra Synodi cõvocationem decernere, non eſſe Eccleſia & cathedra depellendos eos, qui ſuffragantes ſuæ ſententiæ habent, quotquot primis quatuor poſt Apoſtolorum tempora ſeculis vixêre, Græcos & Latinos Patres, & ſuperiore ſeculo Melanchthonem, Bullingerum, Hemmingium, Latimerum, alioſque collapſæ religionis reſtauratores.

Præterea, quæ Eccleſiarum noſtrarum ſit facies, quæ Eccleſiaſtarum cum Remonſtrantium, tum Contra-Remonſtrantium ſint judicia adverte. Illæ, niſi Deus ἀπὸ μηχανῆς ſuccurrat, quorundam maleſanis molitionibus in partes abibunt propediem, & divulſæ maximis rempublicam calamitatibus territant. Remonſtrantes ad mutuæ tolerationis officia ſe non invitos offerunt & licet nævorum non nihil in Contra-Remonſtrantium doctrina obſervaſſe putent, tamen plus ad concordiam ſervandam in quamplurimis & maximè neceſſarijs capitibus ὁμοδοξίαν, quam ad dirimendam, ſi quid eſt ἑτεροδοξίας, valere debere ſibi perſuaden Ea enim animo noſtro ſedet ſententia, nequaquam ab Eccleſi reformatæ conſortio recedere, aut ſchiſmatum ſtudiis ſuffragi noſtris accedere. Si illi nos fratrum appellatione indignos cen ſeant, nos correctionis ſpe dignos eos cenſebimus. Si repudij nob libellum ſcribant; nos Chriſto abhæſiſſe ſolatium noſtrum putab mus. Deſerentes nos, animo tamen & affectu non deſeremu & vti Moabitis Ruth à ſocietate Naëmi avelli ſe non patiebatu nec nos ab iis Eccleſijs, quorundam temeritate abigi nos patiemu in quibus nati & educati commiſſum quoque nobis grege Domini voce pavimus. Imus; inviti tamen, nec abimus, n quantum abire cogimur, reverſuri ad fratres, vbi illi ad meliore mentem. Horum tamen vir ampliſſ. non pauci à ſchiſmate a

Optatus Milevit. *Ne quis dicat me inconſiderate eos fratres appellare, qui tales ſunt, quamvis & illi non negẽt, & omnibus notum ſit, quod nos odio habeant, & execrentur, & nolint ſe dici fratres noſtros: tamen nos recedere à timore Dei nõ poſſumus, quos hortatur Sp. ſanctus per Eſaiam prophetam dicẽs* Vos qui timetis nomen domini, audite nomen domini. Si qui nos odio habent,

horre

iorrent quam maximè. Tota Vltrajectina Diœcesis variantibus cet Pastorum hac in parte opinionibus, intemeratæ concordiæ c fraternitatis exemplum nobis præbet. In Hollandiæ quoque ecclesijs aliquot concordi studio & indivulsis animis vtriusque artis Ecclesiastæ opus ministerij & ædificationis sanctorum pergunt, classicales conventus eadem qua semper tranquillitate & modestia celebrant, nec alter alteri negotij quicquam ob hæc ipsa cessit. Quod si non tam suum, quam Christi negotium mulagerent, & non tam odium ac suspiciosam credulitatem, quam itionem & charitatem in consilium vocarent, melius se haberent Ecclesiarum nostrarum res. Quod si persequi volunt Contra-Remonstrantes impia dogmata, nullum nobis impium dogma placuit vnquam, aut placebit. hic habebunt commilitones. ordinis Ecclesiastici autoritatem sartam tectam habere student, deant ad eas virtutes, quibus olim natus & commendatus orbi t, mansuetudinem Christianam, sinceritatem, fidem. Ad hæc ebitam reverentiam ac obedientiam Magistratibus suis præstent, c illorum dignitatem improbis vocibus lacessant, qui prostratas nculcatasque Ecclesias Deo juvante erexerunt, & earum progis pastoribus asylum refugiumque præbuerunt. Desinant illæ orundam voces: Ordines esse divini ordinis perturbatores, ere ea, quæ nec iuris ipsorum sunt, nec facultatis, Ecclesiæ jura vadere & quæ sunt talia. quibus profectò nihil aliud lucriciunt, quam odium optimi cujusque. prætexitur ab omnibus idium gloriæ divinæ, veritatis assertio, & interim admiscentur ivati affectus, & sub Christi ac conscientiæ titulo ab incautis thanæ negocium agitur. Interea discerpitur opinionum puis Ecclesia Christi, quam precioso suo sanguine acquisivit, nec uisquam est, qui ejus misereatur. Alij in alios culpam reijcius, sibi quisque palpatur. Quod si pariter agnoscentes Domiin nos extentam dexteram sinceris studiis singuli convertemus os ad mores correctiores, ira offensi iudicis in misericordiam & ementiam versa iungeret animos summarum Potestatum, Paorum & Christianorum omnium, vt vnanimes ore honorificamus Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi, non divulsi, l coagmentati integrique in eodem censu & eadem sententia. uare vos dilecti in Christo Fratres, quos malis querimoniis à nos divulsit ille dissidiorum Spiritus & pacis osor Sathanas, ne

& execrantur, & nolunt se dici fratres nostros, vos tamen dici, te iis fratres nostri estis.

Apostrophe ad Contra-Remonstr.

tanta animis adſueſcite bella, vt ob hæc, quæ inter nos vigent di
ſputationum certamina myſticum Chriſti corpus nova lanien
dilacerare, in animum inducatis. Cogitate, quanta miſeriarun
agmina ſecum trahant iſtiuſmodi Eccleſiarum direptiones, quar
difficulter coaleſcant partes, quam graviter hæc ſanari poſſint vul
nera. Quo non pretio redemtam velitis illam Lutheranorum
noſtris ſeceſſionem. At vbi nunc illa veſtra animi æquitas, vb
priſtinus ille veſter ardor, ſtudium & ſarciendæ pacis Eccleſiaſtic
flagrans zelus? qui tot precibus, tot ſcriptis Lutheranos ad vos &
nos revocare conati eſtis? An à priſtinis moderationis virtutibu
deſciviſtis, & quod nuper feciſtis vltrò, nunc rogati, nunc monit
facere detrectatis? Erit profecto aliquando ille dies, quo ſerò &
vos & poſteros hujus facti corripiet μετάνοια. Quin ergo paribu
ſtudijs omittimus ſtructuram Babel, fodimuſque puteos, vt inve
niamus venas lachrimarum, quibus reſtinguatur accenſa numin
ira. Neque enim deſperandum eſt. Gravioribus olim jactat
eſt tempeſtatibus Eccleſia, & vivit etiamnum Chriſtus qui verb
ſedat mare quamlibet frendens atque exitium minitans. ne
tantum dormientem excitemus precibus, ac bonis operibus vell
cemus, donec expergiſcatur. Quod vt ad omnes Chriſtiano
communiter pertinet, ita maximè Epiſcopis & Eccleſiarum paſto
ribus convenit, qui ſi quando premit ira Dei populo ad iſtiuſmo
di officia præire ſolent. Nos iejuniis, & ardentibus votis no
deſinamus provocare Domini miſericordiam, donec Halcyon
redeant dies & optata Eccleſiis tranquillitas ſerenitaſque. Tu vir c
cauſam omnem in timore Domini verſa, & diiudica; favorem
non petimus, quem res ipſa debet impetrare apud integrum, in
telligentem & æquum cognitorem. Et quamquam ita comp
rata ſit Walachrorum Epiſtola vt ſchiſmatis potius, quam ineun
dæ conciliationis ſuffragium expectare videatur, nequaquam ta
men nobis veriſimile fit, ullum exterorum Theologorum futu
rum, qui ob illas Controverſias, de quarum veritate nedum a
ſalutem neceſſitate nunquam pronunciavit Eccleſia, noſtrates ta
men cœtus dirimi ſuo quoque ſuffragio volet. Sin fallimu
ſuſtentabit nos rectæ voluntatis conſcientia, officij fiducia, &
orthodoxæ fidei, cui adhærere ad mortem uſque propoſiti noſt
eſt, conſtans profeſſio. Sed nos te vir doctiſſ. veluti obliti cu
loquamur, moramur alienis, ſi tamen aliena dicenda ſunt, qu

νοτάμων Ecclesiarum incolumitatem, felicitatemque concernunt. vale itaque, & judicium veritatis ac pacis judica in portis tuis. Ille Ecclesiæ suæ, Rex & pastor Iesus Christus R. T. sospitet prosperetque cum in omnibus, tum in sedandis hisce Ecclesiarum in Belgio tumultibus.

Tuæ Reverentiæ addictissimi ECCLESIASTÆ, *quos in Belgio Remonstrantes vocant.*



SEQVITVR

EPISTOLA

Delegatorum classis Walachrianæ.



Vum disputatio Vir Clarissime de quibusdam doctrinæ capitibus iam per aliquot annos in medijs reformati Belgij visceribus continuata periculosissimæ discordiæ incendium ibidem excitaverit, & nobis in Euangelij ministerio constitutis, hoc officium incumbere sciamus, vt pro virili, ...æ restinguendo igni sunt vndique comportemus, in mentem venit ...o bono vtilique nos facturos, si in re gravissima, quæ ad communem ...lei caussam pertinet, non pendeamus toti à nobis ipsis, sed aliorum quo...ue præstantium virorum, quos celebrior eruditionis fama non tacendos ...culo nostro dedit, & quibuscum hactenus repurgatæ Religionis profes...ne in sacram societatem coaluimus, cum iudicia de controversiis no...is exquiramus, tum consilia mutuemur, quibus remedium aliquod ...ic gravissimo malo procuremus. Quamvis enim huius contagium ...ndum ad nos Zelandos singulari Dei beneficio perruperit, nec dein...os perrupturum in spe habeamus, & vos etiam longiori intervallo ab ...is adspergine tutiores sitis: si tamen memoriæ revocemus, quam sæpe hi...les tristissimi dissidiorum casus parvis initijs exorti, mox longè late...e se effuderint, dum per contigua quæque loca levi tractu sensimque ...pendo tandem pleraque vno exitio simul involverent, exacui optemus ...mnibus veræ doctrinæ assertoribus curam studiumque, partim omni ...mmoda occasione quæ incidet, subveniendi vicinis ac sociis, quos hæc ...mma comprehendit, partim hanc ipsam, ne suos etiam parietes afflet, ...ocul amovendi. Et verò nostri hactenus impensissimo studio perege...nt ea omnia, quæ ex legitimo Ecclesiæ ordine tollendo aut leniendo huic ...alo apposita censeri videbātur, & inde ob omni ævo adhiberi in Eccle...: consueverunt. Imprimis autem hoc curæ habuimus, vt ab Illustrium ...neralium Ordinum consessu Synodus Nationalis, quæ controversias ... Dei verbo dirimeret, obtineri posset. Verum hactenus nobis, vtcun...ue omnem debitam diligentiam contulerimus, conatus hic omnis ...ritus evasit: quandoquidem aut detenti in suspensione fuimus aut ...super repulsam tulimus. Interea verò & prophetandi libertas, quâ ...ulti immodicè lasciviunt & petulcæ contentiosorum hominum men...s audaci libidine impulsæ contumeliose traducendi, tum doctrinam ...æ hactenus magno cum fructu in Ecclesiis nostris sonuit, tum doctores ...os maiorum nostrorum ætas renatæ veritatis fortissimos assertores ...buit, horribile dictu, quantopere & fidem rectè sentientium concu...int, & hæresium quarumlibet fautoribus qualibet serendi & asseren... animos attollant, & libertinorum, qui omnem religionem susque de-

 que ha-

que habent, numerum quotidie magnis incrementis augeant. Acced huc iactari in vulgus Theologos quosdam exterarum Nationum, qu Reformatam religionem nobiscum profitentur, controversias nostr (quod tamen nobis verisimile non fit) leviuscule ponderare, quasi paru referat, in utram partem aliquis iudicium inclinet: aut certe citra fid iacturam tolerari posse sententiam eorum, quos apud nos vulgo Remo strantes indigitant. Quinimo fama hæc apud nos manavit, iam hoc m ditari Remonstrantes, vt scriptionem instituant ad omnes dignioris no Theologos, qua sententiam eorum de nostris controversiis explorent, i que saltem obtineant, in Reformatis Ecclesiis salvo fidei fundamen suis opinionibus locum esse posse. Quamvis vero hoc unicè nostri de derent, vt doctißimi quique iudicium suum de controversiis nostris e promere dignentur, prius tamen singularum quæstionum κεινόμε perspicuè ac fideliter ipsis designari vehementer exoptemus. Neque en latet nos, nihil turbamenti gravioris obijci rectæ iudicationi posse, qu status rei controversæ imperfectam ambiguamve iudicationem. Q res haud mediocriter nos impulit, vt tandem manu ad tabulam adm ta, hac literarum via adire præstantißimos quosque statuerimus, ijsq quæ apud Belgas nuper ex diuturni belli miseriis ægrè respirantes, per ciosißimæ dissensionis facem accenderunt, designatè ac dilucidè expli mus. Tametsi porro novæ indies controversiæ suppulluleut, quæ immoderata disputandi licentia natæ in vulgus paulatim se insinu quibusque incredibilium malorum seminaria succrescunt, æstuare men præcipue videmus Remonstrantes in defensione Capitum eorum, quibus ex decreto Ordinum Hollandiæ, anno Christi 1611. Hagæ C mitis συζήτησις instituta fuit. Referuntur autem hæc Capita ad qu que locos, qui sunt, de Prædestinatione, De morte Christi & liberat ne per eam præstita, de Corruptione hominis & Libero Arbitrio, Operatione salvificæ gratiæ, de Perseverantia Sanctorum. Quare his tum singularum controversiarum in genere, tum speciatim præ puarum quæstionum, quæ in singulis exortæ sunt, status ex utrorumq scriptis quam fidelißimè constitutos nunc breviter subijcimus. Q autem Reverentiæ tuæ minuatur pars aliqua laboris, & nos in refere dis Remonstrantium sententijs syncere ac candidè agere liquido app reat, scriptorum ex quibus istas collegimus citationes ad marginem a ponimus. Plures quidem nec minus apertæ promi potuissent, sed qu has in præsenti sufficere, & tibi magna ex parte rem ipsam innotu arbitramur & plurimi illorum tractatus facti non sunt latini iuris,

cons

onsili à quibusvis poßint, à supervacuo labore temperandum nobis existimavimus. Neque enim dubitamus Reverentiam tuam quibus maximè in cardinibus controversiæ nostratium vertantur ex ijs quæ profeximus ac citamus levi negotio perspecturum esse.

DE PRÆDESTINATIONE sententia Remonstrantium (quo nomine intelligendi qui Arminium sequuntur) hunc in modum habet. Deum æterno atque immutabili proposito in Iesu Christo ex corrupto hominum genere, quos per Spiritus Sancti gratiam in Christum credituros, atque in hac fide ad finem vsque perseveraturos prævidebat per eundem Christum servare decrevisse: quos vero impœnitentes, & incredulos mansuros ab æterno cognoscebat, ceu alienos â Christo in peccato æque subiectos relinquere ac condemnare. a Ex adverso eorum qui Contra-Remonstrantes vulgo nominantur & veteri receptæque Ecclesiarum nostrarum Confeßioni hærent (in quibus nos nomina nostra profitemur) sententia hæc est. Deum ab æterno secundum beneplacitum immutabile voluntatis suæ, aliquos ex corrupto hominum genere mera benignitate in Christo Iesu segregatos, eiusdemq; beneficio, quando ipsi haberet fide ac regenerationis spiritu donandos, servare decrevisse ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, reliquis verò arcano iustoq; iudicio præteritis, & in peccato relictis, propter hoc ipsum peccatum inferre damnationis pœnam ad tolerantiæ iustitiæq; suæ declarationem.

a Declar. sent Iac. Arm. pag. 47. Collat. Hagiens. ex versione Brand. pag 9.

Dissensionis hic aliquot insigniora Capita.

Primo enim controvertitur de caussa prædestinationis προηγουμένῃ. In hac rectè statuatur solum voluntatis divinæ beneplacitum. Nostri aiunt: Adversarij licet verbis affirmare videantur, re ipsa tamen negant. Volunt enim fidei & infidelitatis prævisionem, decretum prædestinationis ordine antegressam esse. Quin apertè scribunt. Decretum Dei de servandis quibusdam & alijs condemnandis præscientiæ eius, qua ab æterno scivit, quinam credituri, & perseveraturi essent, innixum esse. b Vnde apparet in hoc supremo prædestinationis decreto, nullam absolutam voluntatem ab ipsis statui, sed conditionalem tantum: nec describi ab ijsdem decreti sed executionis propositum, in iustificandis fidelibus, reisque pronunciandis incredulis consummandum, quod certe absoluta Dei voluntas de servandis quibusdam aliisque præreundis ordine antecesßit. Agnoverunt quidem nostri, sic Deum aliquos elegisse ad vitam æternam perducendos, & reliquos præteruisse in morte deserendos, vt simul intuitum habuerit, tum in gratiam suam, per quam illis gloriam indebitam conferret, tum in volunta-

b Declarat. sent. Iac. Arm. pag. 47. Collat. Hagiens. pag. 119. Resp. Iac. Arm. ad articul. 31. articul. 4.

luntariam hominis defectionem & pravitatem, propter quam istis pœ nam debitam inferret, sed interea cur non omnes elegerit gratuito ser vandos, sed aliquos præterierit, iuste puniendos, causam in solo eius be neplacito absconditam esse dicunt.

Secundo *hic in controversiam venit, quodnam prædestination obiectum statuendum sit. Nam adversarij contendunt, Deum in decer nendo contemplatum fuisse homines quos eligebat, non modo ut ia conversos & fide præditos, sed etiam perseveratures in eadem fide; qu abijciebat, vt impænitentes & incredulos, aut certè à fide ac probita defecturos, nunquamque ad meliorem mentem, ne quidem per oblati nem sufficientis gratiæ, reversuros.* c *Contra nostrorum sententia e Deum considerasse homines, quos eligebat, quosque præteribat, ut lap in Adamo, in peccatis mortuos & iræ filios natura, nec prævidere in h minibus potuisse, nisi quod electionis iam prius largiri aliquibus, aut d sertionis consilio non tollere ex aliis constituerat. Quamvis vero in ip re nobis conveniat cum iis, qui statuunt Deum intuitum esse genus h manum aut singulariter, vt condendum citraque peccati rationem, a communiter, prout ipsi totus illius status ab æterno fuit infallibili cer tudine expositus (siquidem in hanc sententiam conspiramus omnes, n hil quod in homine Deus præviderit decreti ipsius causam existere p tuisse) nostri tamen eos sequi maluerunt, qui hominem in Adamo l psum & peccato perditum obiectum Prædestinationis statuunt. Pr terquam enim quod hæc sententia facilius expediendis difficultatib & erudiendis rudioribus, & obloquentium petulantissimis vocibus c hibendis magis accommodata sit, Confessionis etiam Belgicæ, quam Anglica & Gallia calculis suis firmant, vestigiis insistit.*

c Collat. Hagiens. Pag. 9 & 42

non illius partis quæ est reprobati:

Tertiò *de fide, quatenus inter electionis* ἐχόμενα *recensetur, elec rumque necessarium adiunctum est, non levis nec contemnenda te disceptatio. Eam enim contendunt Remonstrantes quiddam ante dens electionem in mente Dei eligentis, & conditionem adimpleta non fructum electionis esse.* d *Contra nostri fidem ex electionis be ficio promanare, ac proinde medium esse subordinatum decreti ill executioni: neque tamen hinc consequi infidelitatem eiusque fruc reprobationis effecta esse: hac enim Deum, quid fieri ab homine spon neam voluntatis suæ motionem sequente, non coactè sed voluntari iustissime permissurus esset: electione verò, quid ipse esset in homine Spiritum suum operaturus, sapientissimè decrevisse. Itaque fid non considerari à Deo potuisse vt conditionem impletam, qua ipse ad i gend*

d Collat. Hagiens. Pag. 42. & 124.

vendum moveretur, sed quam in electis per Spiritum suum præstiturus esset. Præterea de alio insuper medio, quo Deus exequitur Prædestinationis consilium agitur. Nostri enim vocationem hominum, quæ verbi prædicatione ex mandato Domini perficitur, exequendi illius consilij medijs annumerant: Remonstrantes vero ex eorum numero removent: Nempe si ex æterno Dei proposito, quo gratuita misericordia electos, tempore, quo ipsi libuit, fide donare & re ipsa Christo inserere, deinde per eum in spirituali vita consummandos, proficisci statuatur. Quod igitur aliquos vocet Deus per Euangelium, alijs præteritis, ex absoluto ipsius beneplacito pendere negant, sed causam latere in hominum natura volunt. e Ibid pag. 97, 226, 727. f *Quasi dissimili corruptionis morbo gentes laborarent, semperque melioribus Euangelij gratia offerretur. De partitione etiam vocationis in externam & internam rixas movent, statuunt enim distributionem istam non esse generis in species, sed totius in partes, seu totalis vocationis in partiales actiones ad unum* ἀποτέλεσμα *concurrentes.* f Ibid, pag. 101. g *Imò sic perpetuo & ubique concurrere utramque vocationem in singulis auditoribus operando, vt vivificantis Spiritus, & verbi prædicati opera in ordinario ministerio nexu inseparabili cohæreant. Negant enim ijs qui non excitantur re ipsa ex spirituali morte verbum prædicari Spiritu vivifico destitutum.* g Iac. Arm. disp. Theolog. de vocatio. hominum ad salutem. Thes 12. h *Quum autem docent Nostri, non omnibus quibus prædicatur Euangelium, donari credendi facultatem, sed quosdam singulari Dei bonitate efficaciter trahi, aliis in cæcitate & contumacia sua iuste derelictis, Deum agere simulatè cum hominibus inde colligunt.* h Collat. Hagiens. pag. 308. i *Nostri contra excipiunt Euangelii prædicationem propriè quidem & principaliter electis in salutem, per accidens tamen & minus principaliter reprobis in testimonium divina ordinatione destinatam esse.* i Collat. Hagiens. pag. 97.

Secundæ controversiæ, *quæ est* DE MORTE CHRISTI ET LIBERATIONE PER EAM ACQVISITA, *vt perspici status possit, audiamus rursus utrorumque sententiam. Docent Remonstrantes Christum ex proposito æterni Patris, quod ipsum electionis decretum ordine antecesserit, pro omnibus individuis hominum tam pereuntium, quam servandorum mortem obiisse, adeoque omnibus reconciliatione cum Deo & remissione peccatorum acquisita effecisse, vt Deus citra iustitiæ suæ violationem, omnibus gratiæ ostium rursus aperuerit.* k *Tametsi plurimi eorum per incredulitatem huius beneficij fructum non percipiant.* k Collat. Hagiens. pag. 172. l *Nostri contra Christum ex proposito æterni Patris, quo gratuitæ electionis consilium efficaciter exequi decrevit pro* l Ib. pag. 9.

solis electis, vt verè credentibus sibi à patre traditis mortem subiisse, a proinde remißionem peccatorum & liberationem iis solis acquisivis quibus efficaci virtute sua idem beneficium re ipsa communicat: Suff cere quidem Christi mortem, quoniã ob personæ dignitatem sit infini pretii omnibus omnium hominum peccatis abolendis, morti tamen tr ditum esse tantum pro iis quos pater per ipsum ab interitu exemptos a immortalem vitam traducere constituerat.

Hinc facile est intelligere, quæ hic maximè in disquisitionem venian

Primò *enim controvertitur: An mortis Christi causa* προηγουμέ *& suprema, referenda sit ad ineffabile illud electionis decretum q Deus ante iacta mundi fundamenta singulari bonitate, ex corrupto h minum genere suos segregavit, ac per Christi meritum & efficaciam finem beatißimum perducendos destinavit. Aiunt nostri: Remonstra tes abnuunt. Hi enim electionis decreto aliud præmittunt, quod De de filio suo, hominum mediatore designando condiderit.* m *Cont nostri nihil absurdius de Deo, magisque alienum ab ipsius sapientia c gitari posse arbitrantur, quam decrevisse quo modo consilium suum ex queretur, priusquam consilium ullum cepisset, aut de remedio mor priusquam de ægrotis cogitasset statuisse.*

m Collat. Hagiens. pag 139.

Secunda quæstio, *Vtrum ex proposito æterni Patris Filius pro om bus hominibus, nemine excepto, mortem sustinuerit: nimirum tam p Caino quam pro Abele, tam pro Iuda quam pro Petro, tam pro damn dis omnibus, quam pro servandis. Nostri negant, Remonstrantes ferunt.*

n Tertia. *Num Christus, cui omnis potestas in cœlo & in terra ta fuit, intendere aliquid sapientißimo consilio potuerit, cuius effect non assecuturus esset. Nostris absurdum videtur. Adversarij adj mant.*

n Ibid. pag. 138. 140.

o *Huic quæstioni non absimile* quartum κειτόμενον, *quod est de m te Christi. Nostri enim statuunt Christum omnibus, pro quibus mort est exemtis mortis periculo, vitam re ipsa contulisse. Ex adverso R monstrantes, multos in morte hærere nec unquam vitæ participes fu ros, pro quibus Christus mortem sustinuerit.*

o Ibid. pag. 186.

p *Inde & istud problema. An Christi mors ab eius resurrectione intercessione separari poßit. Has enim adversarij solis fidelibus imp tiunt. Illam omnibus sine exceptione hominibus.* q *Cui affine ill Fideles quidem verè ac sibi in consolationem posse dicere, esse mortu pro se Christum ad realem salutis applicationem, sed præter hos dic*

p Ibid. pag. 184.

q Ibid. pag. 189. 198. 199.

p

posse alios, Christum sibi ad salutis acquisitionem esse mortuum. r *Eodem pertinet, quod scribunt, Christum salutem, quam omnibus acquisivit non omnibus applicare.* En *ipsorum verba*: Negamus *Christum in universum omnes summè diligere, pro quibus est mortuus. Etenim non exhibet summam illam dilectionem omnibus pro quibus est mortuus, neque applicat omnibus salutem partam, sed tantum fidelibus, quamvis omnibus parta sit.* s

r Ibid. pag. 188.

s Ibid. pag. 193.

DE LIBERO ARBITRIO, *& corruptione (quæ est tertia controversia) hominis prolapsi in peccatum, necdumque huius servitute per regenerationis gratiam liberati, docent nostri, intelligentiam, cuius est obiectum monstrare voluntati in rebus spiritualibus, quæ ad vitam immortalem pertinent, non solum nihil prorsus capere sine gratiæ adminiculo, sed planè cæcam esse, præcipuaque cælestis divinæ capita fastidire, imò vt absurda & falsa despicere. Voluntatem vitio in quod cecidit superatam, non nisi in malum, & quidem spontaneo ac libero motu propendere. Affectus denique inordinatis appetitionibus & pravitate ad quævis scelera impellente vitiatos esse, nihilque in hominis anima ante conversionem reliquum mansisse, quam quod ipsum* ἀναπολόγητον *iram Deo reddat* Remonstrantes *vero concedunt quidem in Collatione Hagiensi Intellectum in statu defectionis & peccati tenebris immersum, divinique luminis indigum, nihil boni quod vere bonum sit (quale quidem potissimum sit fides salutifera) ex se & per se cogitare posse, sed voluntatem contendunt natura sua, quam creationis beneficio acceperit, nec unquam, quoniam essentialis sit, exuere possit, in bonum, atque malum æque pronam esse, Affectus denique inclinationum* ἀταξία *quidem, non tamen perversitate ad scelera qualibet instigante hominem laborare, imò non adeo elanguisse vires nostras, quin ante conversionem præstari possint ea, quibus ceu medijs ad salutaria bona pertingere possimus.*

Itaque in quæstionem veniunt aliquot dubia.

Primum *est de voluntatis facultate. Contendunt Remonstrantes, hominis non renati voluntatem tam ad bonum spirituale quam ad malum se inclinare posse.* t *Scimus quidem negari ab ipsis quod voluntatem in homine ab bonum propensam statuant, non nisi spiritu regenerationis renovante hominis naturam, sed huius renovationis nomine non intelligunt propriè ipsius voluntatis emendationem, sed mentis & affectuum repurgationem, qua mediocriter peracta voluntas excitetur, vt innatam volendi nolendique facultatem in actum producat.* u *Concedunt*

t Collat. Hagiens. pag. 298.

u Ibid. pag. 300.

dunt enim regenerationis beneficio infundi in mentem hominis habitu[m] scientiæ, rerumque spiritualium inhabitantem cognitionem, in affectu sanctitatem, spem, metum, & alia huiusmodi, sed in voluntate, quoniam ex natura sua libera fuerit ad volendum vel bonum vel malum talem infusionem fieri posse negant. a *Nostri vero docent hominis lap[sum] in Adamo voluntatem tantum ad malum appetendum & eligendu[m] aptam esse, nisi ipsa etiam sanetur Spiritus regenerantis gratia, alioqui vitio, in quod prolapsa est, depravatam & aversam à bono, motu libero ad omne malum propendere, nec quicquam in rebus ad spirituale[m] vitam pertinentibus rectè vel appetere vel fugere posse, totam vid[e]licet peccato mancipatam.*

a Ibid. pag. 298.

Huic secunda quæstio *succedit, quæ est de natura voluntat[is] nimirum an hoc ἐπιωδῶς ipsi competat, vt semper æque in utramq[ue] partem vertere se poßit. In eo quidem inter omnes convenit; liberè ag[e]re, quicquid agit, sed hoc quæritur, an eiusmodi libertas dari poßit, n[on] in voluntate, quæ tam ad bonum spirituale eligendum, quam ad m[a]lum aversandum, naturæ conditione comparata sit. Censent en[im] Remonstrantes, hoc proprium esse liberi arbitrij per creationem ipsi in[di]tum, nec unquam ab eodem avellendum, vt pari aptitudine in vtra[m]que partem se inclinare poßit.* b *Nostri è contrario, tametsi fateant[ur] homini inesse vim προαιρετικὴν, qua voluntas obiectum ostensum à r[a]tione, boniq[ue] speciem habens, licet non sit verum illud bonum, libe[re] eligit, contraq[ue] aversatur, quod mali specie se intellectui conspiciend[um] obtulit; statuunt tamen falli ipsos in definienda libertate voluntat[is] quam proprie non ex obiectorum diversitate, sed ex agendi modo qui c[o]actioni opponitur metiri debeamus. Liberum enim arbitrium natur[a]liter homini inditum manere in natura quamvis qualitate deteriori [o]lim in Adamo mutatum sit, & meliori mutetur indies in Christo.*

b Ibid. pag. 303.

Tertium ζητούμενον, *An omnis neceßitas, quæ ex antecedente dec[re]to manat libertatem voluntatis & contingentiam tollat. Nostri n[e]gant, Adversarij asserunt. Arbitrantur enim hi quoniam necessariu[m] & contingens integris essentijs & tota definitione differant, vtrumq[ue] vni eventui diverso respectu attribui non posse.* c *Vnde consequ[ens] fuerit, Iudæos non contingenter nec libera voluntate motos interfec[isse] Christum, quippe quum Pater pro hominum genere morti tradend[um] æterno atque immutabili proposito constituerat.*

c Resp. Iac. Arm. ad 31. artic. artic. 5.

Quartum, *Vtrum affectibus hominis non regeniti tantum in[sit] pronitas quædam ad peccandum, non etiam pravitas huiusmodi, q[uæ] ipsi i[...]*

ſum ad odium Dei & proximi propēſum efficiat, imò ad quodlibet ma-
m perpetrandum incitet, niſi univerſali Spiritus gratia in ordinem
gatur. Hoc noſtri aſſerunt, in illud Remonſtrantium multi incli-
nt, quibus diſplicet hominem in odium Dei & proximi natura procli-
m ſtatui. d

Poſtremo *quæritur, An ea operari homo non renatus poßit, aut ea* d Belgico ſcripto.
ſi inſint, quibus nondum emendatis, Deus citra prædicationẽ verbi tan-
tã medijs utatur, vt eum in ſpiritualem vitam traducat, adeoque an ijs
nis præditus ſit, quorum adminiculo ad accipienda maiora, imò quot-
nque ipſi neceſſaria ſunt, ac proinde etiam ad promovendam ſalutem
ciunt, pervenire poßit. Noſtris hæc non probantur. Remonſtrantes
ius affirmant omnes, e *poſterius quidam eorum. Arminius vero alibi* e Collat.
tuens, irregenitorum nomen duplici ſenſu poſſe accipi, nempe vt vel Hagienſ.
s notet, qui nullum ſpiritus regenerantis, vel ad regenerationem ten- pag. 299.
ntis ſeu præparantis actum ſenſerunt, adeoque primo principio regene- Belgico
tionis deſtituti ſunt; vel ſignificet eos, qui renaſcuntur & ſentiunt ſcripto.
us Sp. Sancti, vel ad præparationem vel ad ipſam regenerationis eſſen-
m pertinentes, nondum tamen regeniti ſunt, hoc eſt eo quidem addu-
ſunt, vt peccata ſua agnoſcant, de ijs doleant, liberationem deſiderent,
liberatorem monſtratum quærant, attamen nondum illa vi ſpiritus
ructi ſunt, qua caro aut vetus homo mortificatur, & in novam vi-
n reformati, poßint opera iuſtitiæ producere. De hoc poſteriori non
atorum genere pronuntiat hunc in modum: dolorem ſerium ob pecca-
eouſque placere Deo, vt eo ſecundum multitudinem miſericordiarum
rum moveatur ad gratiam homini peccatori faciendam f *De quibus* f Reſp. Iac.
id Reverentia tua iudicet; aliquando Deo volente intelligere nobis Arm. ad 31
bitur. artic. artic. 16.

Accedimus ad quartam *controverſiam, quæ eſt de* SALVIFICÆ
RATIÆ OPERATIONE. *Remonſtrantium hæc opinio eſt. Sp.*
ctum ordinariè per verbi prædicationẽ operari in omnibus auditori-
s, credendi quidem facultatem modo (vt loquuntur) irreſiſtibili:
ctum vero tantum reſiſtibili. h *Itaque neminem eorum quibus offer-* g Collat.
Euangelij gratia actu credere, niſi ipſe ad eam amplectendam volun- Hagienſ.
is aſſenſionem ex ſe adhibeat, & credendi actionem determinet, ac pag. 335.
inde unumquemque Spiritui Sancto efficaciter trahere volenti tam h Ibid. pag. 328.
rem gerere, quã reſiſtere poſſe, neque huius gratiam unicam converſio-
noſtræ cauſſam eſſe, ſed voluntatem in ipſo regenerationis initio, vt
uſam proximam diſtinctè concurrere. Noſtri è diverſo ſtatuunt.

Spiritum sanctũ ordinariè per verbi prædicationem alios quidẽ gravi[ssimo] conscientiæ testimonio convictos miseriæ suæ ἀναπολογήτους redd[e]re, alios verò efficaciter trahere, mentibus eorum illuminatis & a[f]fectibus sanatis, adeò vt quamvis ex carnis suæ ingenio Spiritus operati[o]ni, nonnisi resistere poßint, tamen huius virtute emendati, atque [in] aliam naturam regeniti, volentesque facti ex nolentibus, non solum cr[e]dendi facultatem acceperint, sed actu in Euangelij *obsequium se add[i]cant, ac proinde unicam fidei & conversionis suæ causam Spiritus sa[n]cti gratiam agnoscant.*

Hinc exorta varia ζητήματα quæ subijcimus.

Primum de subjectis. *An Spiritus sanctus ordinarie in omnib[us] auditoribus, cum verbum Dei primum illis offertur, parem gratiam op[e]retur. Nostri negant, aiunt adversarij. Hinc enim alibi reprehendu[nt] nostros, quod gratiam Dei quæ fidem efficaciter operatur, & repugna[n]tiam tollit, viresque ad credendum præbet, restringant ad solos eos, q[ui] hanc gratiam accipiunt, & reipsa convertuntur.* i

i Collat. Hagiens. pag. 28.

Secundum de operationis *efficacia ad intentionem operan[tis] Spiritus relata: videlicet. Num omnes Euangelij prædicatione co[n]vertantur, quos Spiritus sanctus convertere intenderat. Asserunt nost[ri], negant Remonstrantes. Audi ipsorum verba: Spiritui sancto resisti p[o]test, quando hac intentione operatur in homine, vt conver[tat] eum.* k

k Ibid pag. 327.

Tertium est de effecti quantitate, *utrum Spiritus sanctus conv[er]tendis tantum largiatur sufficiens auxilium tum prævenientis, tum [co]mitantis gratiæ, quæ per modum aßistentiæ, voluntatem ita excitet [et] moveat, vt si velit poßit se ad credendi actum promovere, an etiam ha[bi]tualem gratiam qua voluntatem refingit & regenerat, non eius s[ub]stantiam mutando, sed novam qualitatem inducendo, veteremque p[au]latim abolendo, unde fides & conversio reipsa consequantur. Poster[ior] nostram, prius Remonstrantium sententiam complectitur. Armin[ius] enim alibi inquirens, quid de datione sufficientis gratiæ statuendum, Notum est inquit, esse gratiam habitualem & aßistentiæ. Iam phr[asis] illa sic accipi posset, atq; si in omnibus, quibus Euangelium annunciat[ur], gratia aliqua habitualis infunderetur, quæ aptos illos reddat ad fid[em] præstandam Euangelio, qui sensus à me non probatur. Sed quicq[uid] de illa sufficientia dicitur, arbitror abscribendum aßistentiæ Spiri[tus] sancti, qua ille aßistit Euangelij prædicationi tanquam organo, per q[uod] ille solet esse efficax in animis auditorum?* l *Quibus non absimilia quæ*

l Resp. Iac. Arm. ad Artic. 8.

Collati[o]

Collatione Hagiensi passim obvia: cuiusmodi illud est, vivificationem non fieri infusione spiritus in instanti, sed inchoari ab opere, quod Deus ipsum hominem iubet facere, & quod cum homo facit, paulatim revi-viscit, nempe legis ministerio, & postea ministerio Euangelij per mentis illustrationem ad veram cognitionem, per affectuum immutationem, erga oblatum cœleste bonum, & tandem per voluntatis inclinationem ad amplectendum bonum cognitum & appetitum. k *Huc autem incli-* k Collat.
nari voluntatem infusione habitualis gratiæ, alio loco apertè negant. Hag.pag.
l *Ergo tantum assistentiæ gratia excitari & moveri volunt. Nam fi-* 302.
dem donum Dei dici posse respectu efficacis infusionis, palam eunt infi- l Ibid. pag.
cias. m 298.

Hinc porrò alia quæstio exurgit, quæ est DE OPERANDI m Ibid.pag.
MODO. *Magna contentione urgent Adversarij Spiritum sanctum in* 329.
voluntatem hominis, non alio modo, quam cui resisti ab eadem possit unquam agere, unde Spiritus motionem impedire ductumque abnuere semper homines posse colligunt n *Concedunt quidem credendi poten-* n Ibid.pag.
tiam modo (vt vocant) irresistibili auditoribus conferri, sed de ipso actu 274.
credendi hoc pernegant. o *Quo sensu tradunt operationem Spiritus* o Ibid. pag.
sancti etiam tum, cum ei non obnitimur, sed obsequimur, resistibilem 328.
tamen esse, irritamque effici à nobis potuisse. p*Nostri verò fatentur* p Ibid. pag.
quidem, corruptam hominis naturam Spiritus operationi perpetuo ad- 322,323.
versari, imò donec regenerationis beneficio sanata fuerit, non nisi ad- 273.
versari posse quandoquidem φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεὸν *à Pau-lo nominetur, sed negant interea adeo languidam Spiritus operationem esse, vt cor lapideum, non auferat, eiusque loco carneum substituat; aliud enim esse oppugnare, aliud expugnare, & vincere Spiritus actio-nem: obstrepere quidem Deo voluntatem, sed filij efficaci gratia renova-tam Spiritus ductum quam promptissimè sequi. Quamquam hucusque ad nos se acclinant Remonstrantes, vt in ijs qui actu convertuntur, re-pugnantiæ* ἐνέργειαν *tolli fateantur.* q *Sed voluntate interea repu-* q Ibid.pag.
gnandi δύναμιν *retinente perpetuo.* r *Nostris verò placet postquam* 278. 781.
voluntas Spiritus virtute sanari cœpit, dupliciter considerandam esse, vt r Ibid. pag.
regenitam, & reliquias adhuc veteris corruptæque naturæ circumferen- 277,278.
tem: posteriori intuitu, repugnandi vires retinere: secundum priorem, resistere non posse, quia in ea parte semen Dei maneat, quo sic formentur piorum corda ad rectitudinem, vt non prævaleat caro, sed à Spiritu do-metur, & reluctandi potentia paulatim enervetur. Regenerari enim nos in eam naturam, in qua ubi numeris omnibus consummata fuerit vo-

a August. lib. de corrupt. & gratia cap. 11.

luntatis libertas erit, vt scribit Augustinus, a *non posse peccare, pers[everantia felicitas, bonum non posse deserere. Gratiam enim, testan[tur] eodem Patre, quæ data est in secundo Adamo potentiorem esse ea, qu[æ] data est primo Adam: primam esse, qua fit vt homo habeat iustitiam, [si] velit: Secundam plus posse, qua etiam fit, vt velit, & tantum velit, tan[to]que ardore diligat, vt carnis voluntatem contraria concupiscenten[tem] voluntate Spiritus vincat.*

b Ibidem.

b *Addimus* quartum dubium, *Vtrum voluntas hominis in conve[r]sione tantum activè se habeat, an verò etiam paßivè. Hoc posteri[us] nostri affirmant. Consideramus enim fidem, quatenus est donum De[i] & actio hominis. Illo respectu dicimus voluntatem se paßivè habe[re] quoniam à spiritu Dei novam qualitatem accipiat: isto verò activ[è] quandoquidem ex ista qualitate divinitus accepta Euangelio assensu[m] præbeat. Ergo actam à Dei Spiritu rectè agere, ipsumque velle à nob[is] quidem esse, sed benè velle à Deo. Ex adverso contendunt Remonstran[tes], voluntatem hominis in ipso conversionis momento, tantum activè [se] habere. Quam in sententiam scribunt, impoßibile esse vt actus fidei i[r]resistibili modo conferatur, & tamen actio maneat, nec mutetur [in] paßionem.*

c Collat. Hagiens. pag. 28.

c Quintum ζητούμενον: *num hinc sequatur, voluntatem nostra[m] moveri à Deo violenta impulsione, neque secundum naturæ suæ propri[e]tatem liberè agere, sed homines in truncos & lapides converti. Aiu[nt] Remonstrantes:* d *Negant nostri. Arbitramur enim non aboleri volu[n]tatem nostram, Deo in ipsam effundente suam gratiam, quo minus ve[rè] voluntas sit, sed novam creari, non vt voluntas esse incipiat, sed vert[a]tur ex mala in bonam, ex nolente in volentem: Itaque id quod crea[ta] natura est integrum manere, corrigi quod corrupta erat. Illi verò ex[]citari tantum voluntatem Spiritus operatione volunt, vt simul offi[cii] sui commonefiat, simul ad eius exequendi studium moveatur: ipsam v[e]rò facultate in alterutram partem æquè propendente, si velit bonum e[li]gere: alioqui dici non posse quod verè velit, sed mera coactione inclina[ri] quoniam irresistibilitas (liceat ipsorum vocibus uti) libertati adve[r]setur.*

d Ibid. pag. 276, 319, 502.

e Ibid. pag. 289, 323, 324.

e Sexto *in quæstionem venit, utrum dogmate nostro vera præcipien[di] & obediendi ratio tollatur. Putant enim Remonstrantes ex eo seq[ui] Deum præcipere, vt suum opus faciamus, & nos ubi per ipsum facim[us] non obedire ipsi, quoniam & ipse quod præcepit faciat in nobis, & n[os] quod facere dicimur, non volentes per nos, sed coacti per ipsum faci[a]mu[s]*

mus. f *Nos verò omnia hæc ceu falsißima explodimus. Negamus enim Deum, quoniam in nobis benè volendi & agendi vires operetur, idcirco in statuis operari, quasi continua motione acti, non etiam ipsi agamus, & voluntatem, quia mutatur ex mala in bonam, accepta benevolendi promptitudine, qua in actum se exerat, non ipsam, sed Deum per ipsam velle. Dicimus conversionem fieri in natura rationali, & in huius mente ac voluntate longe aliter operari Deum regenerationis beneficio, quam quacunque ratione, in truncis & stipitibus. non enim in his agere, vt etiam ipsi secundum modum creaturæ rationalis simul agant, quoniam facultates, quibus actis ipsi simul agant minimè habent: lõge aliter de homine statuendũ esse, qui cũ habeat, quo actus à Deo simul agat (quãvis hoc etiam à Deo habeat) verè & agere & obedire Deo dici.* f Ibid. pag. 282, 286, 233. 291.

Ad extremum *quæritur: utrum sola Spiritus efficax gratia, sit fidei & regenerationis causa, an etiam voluntas hominis. Hoc Remonstrantibus placet.* g *Illud verò nostris. Illi enim ad hos alibi his verbis usi: Videntur, inquiunt, sentire fratres ipsam fidem non esse voluntatis, sed Dei opus. rogamus igitur quis credat? Si homo est, ergo opus voluntatis, si huius opus, igitur proxima causa est voluntas?* h *Ex adverso nostri, velle quidem hominis seu naturæ, sed bene velle, cuiusmodi est fides, solius esse gratiæ.* g Ibid. pag. 271. h Ibid. pag. 335.

Restat quinta Controversia *de* PERSEVERANTIA SANCTORVM, *De qua Remonstrantium sententia: Verè credentes & Spiritus vivifici participes, accepisse quidem vires, quæ satis superque sufficiant superandis Christi beneficio omnibus fidei obstaculis & obtinendæ victoriæ, posse tamen salutiferæ gratiæ iacturam pati, tandemque eo per negligentiam delabi, vt finaliter amissa tota fide & excusso vivificante Spiritu, æternum pereant. Ac proinde neminem de salute æterna certum esse posse, quoniam non sola Dei gratia perseverantiæ causa sit, sed etiam hominis voluntas, de cuius integritate ac constantia, nullis insultibus expugnanda dubitare, laudabile sit, imò Dei filijs expediat. Nostri verò fatentur quidem, eos qui Christo vera fide insiti sunt & vivificante Spiritu præditi, in gravißima peccata prolabi posse, usque adeò vt plurima Sp. Sancti χαρίσματα amittant, nihilque sibi de proprijs viribus polliceri poßint: sed tamen neque prorsus neque finaliter omni Dei gratia & fide iustificante excidere: eorum enim salutem in immutabili Dei amore fundatam & Filij Dei pretiosißimo λύτρῳ suffultam eiusdemque perpetua intercessione communitam esse, ac proinde super eius incertitudine non cruciari animo, sed ab*

inhabitante Dei Spiritu certiores fieri, eum qui cœpit & fidei & regenerationis bonum opus, usque ad diem Domini nostri Iesu Christi & ex optatissimæ gratiæ consecutionem perfecturum esse. Ergo hic etiam aliquot controversa Capita.

Primum, *An qui vera fide & Spiritu regenerationis donati fuerunt, his planè ac finaliter destitui & æternum perire possint. Nostri negant. Adversa pars aliquot argumentis in* Collatione Hagensi *asserere conata fuit.*

i Collat. Hagiens. pag. 336, 357. i Secundum, *Num perseverantia sit decreti immutabilis & ἀμεταμελήτου, in Dei filijs operantis effectum. Nostri aiunt. Negant alteri.*

k ibid. pag. 409. k Tertium, *Vtrum perseverantia dici possit pendere à solâ Dei gratia, quæ sola hominem ad officium suum excitet & paratum reddat, c viribus ad perseverandum instruat: an vero etiam voluntas nostra tanquam gratiæ Dei subordinata, causa eius censeri & nominari possit. Prius nostri Posterius Remonstrantes affirmarunt.*

l Ibid. pag. 406, 407. l Quartum *an hæc distinctio usurpari possit, Dei Filios sui respect excidere fide, & regeneratione posse, non posse immutabilis Dei consil & amoris intuitu. Affirmant nostri. Remonstrantes negant.*

m Ibid, pag. 509. m Quintum, *Vtrum Dei Filij in hac militia constituti de victori ac salutari eventu certi esse possint, an potius de salute sua dubitare ips expediat & laudabile sit. Prius nostri adserunt, Posterius Remonstrantes.*

n Ibid. pag. 410. n Postremum, *Vtrum hæc doctrina de perseverantia filiorum De fundamentum veræ consolationis censeri debeat, an potius apta sit cum generandæ in hominum animis præsumtioni, incuriæ ac desperation tum verbi ac Sp. sancti admonitionibus irritis faciendis, ac veræ pieta subvertendæ.* o Ibid. pag. 353. 344. 402, 403. 409. *Prius affirmant nostri; posterius pars adversa.* o

Atq; hæc ferè sunt, de quibus in Ecclesijs aliquot Hollandiæ, Geldriæ Transisulanæ, omnibusque fere Vltraiecti, certamina iam pridem mota, quotidie cum incredibili Ecclesiæ detrimento & infirmorum hominum offendiculo & adversariorum quorumcunque undique se ostentantium mirificis incrementis & sarcasmis, in deterius augentur. Neque in obscuro est, Remonstrantes quamplurimos, præter hæc quæ recitavimus controversiarum Capita, longè plura intus alere, quibus a Ecclesiarum Reformatarum confessione abeunt, utcunque se huic hærere simulent, adeoque si in quinque illis controversiis, ratio aliqua compositionis iniri possit, in tuto pacem Ecclesiæ futuram esse dictitent. Nam ex alter

x altera συζητήσει Anno Christi 1613. ex decreto Ordd. Hollandiæ ›elphis habita, vt ratio aliqua διαλλακτικὴ dissidio, quinque illarum ontroversiarum dirimendo excogitari possit, apparuit Remonstrantes ui in suspicionem venerant plurium aliarum opinionum, cum recepta cclesiarum nostrarum doctrina pugnantium, quas vel ipsi vel ij quibusum intimam societatem in his provincijs Belgicis colebant, publicè edi is scriptis tuebantur, rogatos etiam atque etiam à nostris, vt sententiam uam de suspectis illis dogmatibus non gravarentur exponere, præcise deegasse. Quæ res caussam nostris attulit, quo minus cum ipsis, vt con'ituerant, in quinque illis controversis capitibus, aliquam concordiæ ationem inquirendò, operam suam profiteri vellent. Erant enim lone gravissima illa, de quibus rogabant nostri, vt sententiam suam pro-iere haud abnuerent, puta de perfecta satisfactione Domini nostri Iesu hristi pro peccatis nostris præstita, de Iustificatione hominis coram ›eo: de fide salvifica, de peccato Originali, de certitudine salutis, de erfectione hominis in hac vita. Numquid hæc levia & neglectim haenda videbantur? Quid enim de his capitibus, aut privatim Epistolis, riptis, aut Thesibus in Academia propositis, aut tractatibus in vulgus arsis plures eorũ, aut etiam ij, quibus familiarissimè utuntur, sentire se eclarant, nobis hic in Belgio nimis exploratum est.

De satisfactione Christi *Vorstius (de quo Remonstrantes coram ›rdd. Holl. & VVestfrisiæ apertè declaraverunt, se nihil intellexisse, uod ipsum meritò gravare possit) palam profitetur, se credere Deum ex uprema authoritate sua posse si velit omnia peccata pænitentibus condoare, non accepta ulla pro ijs solutione. Scripta in quibus hoc dogma ropugnavit à viro Clarissimo D. Sibrando alibi diligentissimè indiantur.*

p De Iustificatione hominis *coram Deo, quid Bertius Remonrantium fautor & propugnator acerrimus in Epistolica disceptatione ua cum eodem D. Sibrando habita palam defendat, quid attinet dicere; um iam pridem publici iuris facta in omnium manibus versetur? Conendit in ea fidem haberi pro omni legis iustitia, quam nos præstare teebamur, adeoque ipsum actum fidei, τὸ πιστεύειν, in iustitiam nobis sen-u proprio imputari, ac proinde fide nos, ceu qualitate nobis inhærente ustificari. Arminius,* q *Fides, inquit, non qua instrumentum, sed ua actio imputatur in iustitiam, quanquam propter illum quem aprehendit. Fidẽ salvificam negant aliqui eam esse, qua peccata nobis reissa esse propter Christũ, aut abolita esse per Christi passionẽ credimus.*

p Sibrand. Lubb. Cõment. ad Nonaginta novem errores Vorstij Errore 59.

q Resp. Arm. ad 31. artic. artic. 46.

De Pec-

r Armini in articul. fol. 27. Vorstius in dictatis editis per Frisios fol. 32.
s In Belgico scripto.
t Resp. Iac. Arm. ad 31 articul. artic. 13, & 14
u Resp. Iac. Arm. ad novem quæst. quæst. 2.
x In Belgico quodam scripto
y Resp. Iac. Arm. ad novem quæstio. quæst. 5.
z Collat. Delph. pag. 13.
a Resp. Iac. Arm. ad 31. artic. art. 4.
b Belgico scripto.
c Resp. Iac. Arm. ad artic. 13. & 14.
d Nicol. Grevinch. cont. Amesium pag. 14.

r De Peccato Originis *contendit alius quidam, peccatum non ess[e] nec mereri maledictionem & quoad non assentimur peccato eius minim[e] reos esse.* s *Ab alijs scriptum, Infantes sine actuali peccato morientes s[e]vius tractari à Deo ex doctrina nostra quam Diabolos.* t *Item perver[se] dici, peccatum originale reum mortis facere, quum peccatum illud pœ[na] sit peccati actualis Adami.*

u *Quid de* Certitudine *Salutis Remonstrantes iam olim in prio[re] Collatione senserint, quamvis ex disputatione de perseverantia Filio[rum] Dei, abunde perspici potuerit, postea tamen distinctum controversiæ C[a]put evasisse, ex Collatione Delphensi manifestum est.*

Quod ad Perfectionem hominis in hac vitâ *attinet, absurdu[m] esse scribit eorum aliquis, Deum vocando & minando exigere ab homi[ne] quæ præstare non posset.* x *Cui sententiæ non multum absimile, qu[od] alibi proditum ab Arminio, Deum non posse ullo iure fidem in Christu[m] postulare ab homine lapso, quam ex se habere non potest, nisi aut ded[e]rit aut dare paratus sit gratiam sufficientem, qua credere possit, [si] velit.*

y *Mittimus in Collatione Delphensi, nostros exprobrasse Remonstra[n]tibus, latere inter eos qui in Capitibus de natura & attributis Dei, S[a]crosancta Trinitate, æternitate Domini nostri Iesu Christi absone [&] dissentaneè à scriptura sacra sentiant.*

z *Quanquam de illis ipsis quinque controversiis quarũ status & pr[in]cipuas quæstiones supra exposuimus, præter ea quæ publicè Hagæ Comi[tis] in disquisitionem venerunt, plura alia privatis scriptis aut iam an[te] aut postmodum disputata & in publicum emissa, oleum etiam (quod [di]citur) camino addunt, mixtaque dissentientium certaminibus, exasp[e]rando malo haud leve momentum faciunt. Cuius generis hæc ab a[d]versarijs ventilata : Neque proximum finem electionis esse salutem h[o]minis,* a *Neque ultimum prædestinationis, gloriam Dei opificis [in] summa eius misericordia, & severissimo iudicio spectandam :* b *Dei genus humanum universum in reconciliationis gratiam assumsisse, [&] cum Adamo omnibusque eius posteris fœdus gratiæ inivisse, in quo rem[is]sionem peccatorum polliceatur omnibus, quotquot in illo fœdere perstit[u]ri, nec adversus illud prævaricaturi essent, nec id cum Adamo solum i[ni]visse, sed & postea cum Noacho redintegrasse & postremo per Christ[um] Iesum confirmasse & consummasse.* c *Omnibus redemptionem imp[e]tratam esse potuisse, nullis tamen applicari propter intervenientem [o]mnium incredulitatem.* d *Sacram Scripturam legentibus & audie[n]til[bus]*

ibus perspicuam esse, non ijs tantum, qui peculiari & immediata luce nterius illustrati sunt, aut qui sibi ipsis huiusmodi luce & iudicio donai ac præditi videntur, sed omnibus in universum quicunq; & qualescunque tandem esse possint, summæ, mediæ, infimæ sortis homines, in quius vel dictamē naturalis rationis & iudicij aut omnino obliteratū non st, aut saltem non enormiter vitiatum, vel in quibus supina aut voluntaria quadam negligentia, manifesta inadvertentia (utimur ipsorum erbis) præiudicata sententia, aut dedita malitia locū non habet e. *Itaque mentem hominis irregeniti in rebus spiritualibus haud prorsus lunine orbam esse* f

e Sin. Episc. Thes. de S. Persp. Thes. 3.
f Belgico scripto.

Paucula ex multis delibamus, quæ specimen saltem aliquod exhibeant, ex quo de Ecclesiarum nostrarum miserando statu ac perniciosissimis dissidijs utcunque coniectura fieri possit. Nempe enim *hæc quæ mmemoravimus, eo tantum spectant omnia, quo rogemus Reverenam tuam, vt si forte à Remonstrantium aliquo de his controversiis aut im ante consulta fuerit, aut certè in posterum consulatur, ex hoc scripto ostro de sententia nostra cognoscere, & iudicare velit. Deinde, vt si uando per occupationes licuerit cum iudicium suum de his controversis, tum consilium de remedijs tanto malo adhibendis, impertiri nobis aud gravetur: vehementer enim ex Reverentia tua cognoscere cupiaus, quæ in ijs, quos exposuimus, controversiis capita fundamentalia haenda censeat, vel in quibus errari à Doctoribus possit sine aliquo hæreci dogmatis crimine, quæ ignorari à plebe Christiana possint, salva fide hristiana. Monet alibi Augustinus, in causa duorum hominum, uorum per unum venundati sumus sub peccato: per alterum redimimur peccatis, per unum præcipitati sumus in mortem, per alterum liberaur ad vitam, quoniam ille nos in se perdidit, faciendo voluntatem iam, non eius à quo factus est: Iste nos in se salvos fecit, non faciendo vountatem suam, sed eius à quo missus est, in horum ergo duorum homium causa, propriè fidem Christianam consistere.* g *Quum verò non bscurum sit controversias nostras circa causam duorum illorum homium potissimum versari, meritò inquirendum videtur, quænam in illis rater fidem esse censeri mereantur, quæ vero illa, in quibus (vt cum eoem Patre loquamur) salva fide, qua Christiani sumus, aut ignoratur uid verum sit & sententia definitiva suspenditur aut aliter, quam est, umana, & infirma suspicione conijcitur.* h *Quod reliquum est, quoniam huius dissidij luctuosissimus casus, innumeras quotidiè difficultaes nostris offerat, consilij tui copiam nobis de quibusdam fieri etiam at-*

g August. de peccat. orig. cont. Pelagiū & Cœlest. lib. 2. cap. 24.
h August. ibid. pag. 23.

que etiam velimus, quo tutius subsidio venire laborantibus possimus. Vi demus enim ijs in locis, quæ huius dissidij motibus agitantur, magnai partem plebis Christianæ, quæ nostris addicta est, singulari quodam dc ctrinæ iam olim receptæ studio impulsam, à Remonstrantium concion bus ita abhorrere, vt in vicina loca, quæ pastores habent, nostrorum sen tentiæ fautores, ad cultus divini exercitium haud mediocri numero ex currant, aut certè ijs in locis, in quibus degunt, conventus suos intra pa rietes privatos agitent. Quamvis vero Magistratus, quibus istæ ple bes subditæ sunt, eos conventus (prout Remonstrantium caussæ magis fa vent & plurimum operam suam in ea defendenda profitentur) tum in dictis mulctis gravissimis prohibeant, tum illatis alicubi dissipaverin apparet tamen easdem plebes adeo hanc doctrinæ novationem detestar vt libentius rerum suarũ detrimentum patiantur, quam frequentant Remonstrantium conciones, eorum sententiæ subscribere videri velin Quæritur igitur, quid de eorum zelo ac instituto statuendum sit, quid que consilij dandum sit ijs, qui negant se bona conscientia Remonstrai tium sacris interesse posse. Deinde ambigitur de Doctoribus & Eccl siastis Remonstrantium. Nimirum an tolerari possint à nostris, sa va Religione reformata, & num quis nostrorum cum illis in Ecclesiast ci ministerij societatem venire, aut manere in eadem citra conscient læsionem, aut bonorum offensionem possit. De his, vt Reverentia tu sententiam suam exponere nobis dignetur, pro fidei quà hactenus nol cum reformatis Ecclesiis communis fuit, certissima coniunctione pet mus. Quia enim Synodici conventus, qui secundum Ecclesiæ consu tudinem, remedium aliquod salutare malis nostris invenire posset, ne dum spes ulla se ostendat & interea in deterius omnia prolabantur, gl scentibus indies certaminibus, & religione paulatim apud multos in fa stidium eunte, præstantium quoque virorum opem & consilium isto mo do per literas in subsidium accersere necesse habemus. Quamobre Reverentiæ tuæ scriptum hoc nostrum Collegis suis, aut alijs doctissim viris, quibus tantæ rei dijudicationem credat, communicare, si videa tur, licitum censemus, eosdemque in huius operæ, quam hic dari nob postulamus, societatem assumere. Interea vero non gravatè ferat Re verentia tua hanc nostram παῤῥησίαν, qua ipsam negotijs complur bus, ijsque (vt facile conijcimus) gravissimis distentam, prolixiori ha Epistola interpellare ausi fuimus. Huc enim nihil aliud, quam & des derium tuendi incolumem Ecclesiarum nostrarum statum, & singula re vocationis nostræ officium & ὁμοδοξίας, cum omnibus Reformat

Ecclesi

ccleſiis retinendæ ſtudium pertraxiſſe nos, teſtis ὁ καρδιογνώστης Θεός. inem hic facimus, rogantes Dominum, vt Reverentiam tuam diu in- olumem Eccleſiæ ſuæ ſervet, tandemque receſis contentionum noſtra- um ſeminariis veram concordiam adamantinis vinculis in perpetuum dſtringat. Vale.

Reverentiæ tuæ quam addictiſſimi Deputati ad hoc negotium à Claſſe Walachriana.

F I N I S.

Admonitio ad Lectorem.

CHriſtiane Lector, ſtatim poſt editam hanc Epiſtolarem reſponſionem certiores facti ſumus, in Epiſtola VValachrorum paucula hic illic, ex arbitrio claſſis VValachrianæ immutata fuiſſe, que priuſquam ea ad exteros abiret, cuius te monitum voluimus, : mala fide à nobis deſcriptam & editam eſſe VValachrorum Epiolam temerè quiſpiam queratur. Edita enim ea à nobis eſt, planè i ad manus noſtras pervenit, nec conſcij hic nobis, ullius ſumus audis aut negligentiæ. Num poſteà in ea aliqua acciderit mutatio quænam ea ſit, noſtræ facultatis non fuit divinare. Aliquam acciſſe jam audimus, necdum tamen quid in ea mutatum ſit reſcire liit. Si quid additum durius in nos ac cauſam noſtram, tu pro tua uitate tantiſper ſepone, donec nobis idipſum cognoſcendi ac mox ſpondendi facta fuerit copia. Si mitius (quod factum audimus) it candidius de nobis alicubi locuti ſunt, quam hæc ipſa præſefert iſtola, tu pro tua prudentia & ſinceritate hanc correctionem verè hriſtiani pectoris atque docilis & conſcientiæ bonæ ſignum interetare. Eſt enim diſcipulus prioris poſterior dies. Et ſecundæ curæ pientiores. Nos exteros pariter ac domeſticos obſecramus, ne, ſi ſcrepantiam aliquam videant huius Epiſtolæ prout à nobis edita t, ab ea, quam ſcripto ab ipſis VValachris accepêre, noſtrorum hoc iputent vel incuriæ vel perverſitati. Sic, uti hic vides Lector, ſcria, ſic ſubſcripta Epiſtola noſtri juris facta eſt. Vbi de mutatis ceris quid nobis conſtiterit, certiorem quoq. te de animi noſtri ſenntia, ſi fortè res tanti, faciemus. Interim ea quæ ad ſarciendam cleſiarum Reformatarum concordiam faciunt ſedulò circa. Vale.

